

TRAGICORVM LATINORVM

RELIQVIAE

RECENSVIT

OTTO RIBBECK

LIPSIAE

SVMPTIBVS ET FORMIS B. G. TEVBNERI

A. MDCCCLII

TRAGICORVM LATINORVM

RELIQVIAE

RECENSVIT

OTTO RIBBECK

LIPSIAE

SVMPTIBVS ET FORMIS B. G. TEVBNERI

A. MDCCCLII

PATRI · OPTVMO

ET

FRIDERICO · RITSCHELIO

AMORIS · CAVSSA

PRAEFATIO

Non indotatus nec doctorum uirorum munificentia parum exornatus hic liber in publicum emittitur. Nam et codicum inexhaustas opes facillime, unde petiueram, inpetraui, nec ingenii luminibus aut doctrinae subsidiis tenuitatem meam sustentare dedignati sunt uiri praeclarissimi. Et in Macrobio quidem excerptis fruitus sum, quae mihi concesserat beneuolentia LVDOVICI DE JAN: ad Gellii et Prisciani locos perscrutandos quouis tempore patebant MARTINI HERTZII horrea, unde ipse, quidquid usui esse posse suspicabar, diligenter deprompsi: Plautinorum uersuum, ubi opus uidebatur, uarias scripturas ea, qua solet, benignitate mihi transmisit FRIDERICVS RITSCHELIVS. Longe autem largissimum et prorsus magnificum apparatum debeo singulari CAROLI HALMII liberalitati, qui non modo Bambergensem Nonii librum, uerum etiam quos in Ciceronis philosophica et rhetorica scripta conlegerat, thesauros amplissimos mea gratia accuratissime excusserit. De quibus opellae meae adiumentis exoptatissimis ut pauca dicam, in Bambergensi quidem Nonii codice dolendum est prorsus desiderari libros tertium et quartum, in primo autem et secundo et quinto omnia fere scriptorum exempla omissa esse. Ciceronis autem uariae lectiones ex his codicibus mihi in promptu erant: ex Erlangensi (cf. Halmii de Ciceronis codicibus programma Monacense a. 1850 p. 3 n. 9) de oratore; ex Vindobonensi (l. l. p. VII) et Erlangensi (l. l. p. 2 n. 8) de diuinatione; item ex Vindobonensi (l. l. p. VII), Erlangensi (l. l. p. 2 n. 8), Palatino (l. l. p. 17 n. 76) de

natura deorum; ex Bambergensibus duobus (l. l. p. **1**) et Oehleriano (l. l. p. **4** n. **11**) de officiis; ex Gudiano **294** (l. l. p. **7** n. **28**) Tusculanarum disputationum. Librorum ad Herennium Erfurtensem codicem (l. l. **2** n. **7**) ipse inspexi. — Praeterea traditis iam officinae primis pagellis per AVGVSTVM MEINEKIVM, cuius ipsius ingenio unum uersum (Enn. **390**) debemus, accepi THEODORI BERGKII in schedula quadam adnotationes suis quasque locis religiose adhibitas (Liu. **18** sqq. Enn. **41 43 53 60** sq. **141 158** sq. Pac. Antiop. IV **94 309** sq. Att. **236 299** sq. **425 485 488 489 492 496 526** sqq. **571** sqq. **597** sq. inc. inc. fab. **113**), quibus confirmari, quod posueram, non raro laetatus sum. Quot uero linguis satis conlaudem ALFREDI FLECKEISENI in me merita? qui cum in typothetae erroribus castigandis 'aerumnam pariter tetulerit meam', doctissima atque indefessa sollertia tam acrem et firmum non rebus minus quam literis uindicem se praestitit, ut absque illo fuisset, iam aliquanto plura haberem, quorum paeniteret.

Nam ne sic quidem Phrygum, ut sero saperem, fatum semper effugi: alia addenda adnotationibus nostris interim aliunde subnata sunt. Cum enim de tota tragicorum apud Ciceronem locorum mole Halmio negotium facessere olim ueritus essem, iam priore huius libri particula typis expressa Fleckeiseno auctore rogaui ab illo, ut singulis plagulis iterum perlustratis enotaret, quod ex copiis suis etiam adici posse censeret. Nec frustra rogaui: immo tam praeter expectationem opimum inde prouenit spicilegium, ut totam farraginem ne ausus quidem sim exponere: exhibui tamen quidquid a nostro consilio non prorsus alienum esse putaui. Multo autem magis uerebar uarias in libros ad Herennium scripturas, quarum publicam his ipsis diebus Halmius in Analectorum Tullianorum fasciculo primo fecit cognitionem, cum puluisculo, ut aiunt, exhaurire. Eademque ratio ualuit in excutiendis duobus Scriuerianae conlectionis exemplaribus, quae ex bibliotheca G. Hermanni deprompta MAVRICIVS HAVPTIVS, cum de incepto meo per Ritschelium audisset, magna cum liberalitate sponte

mihi liberum in usum commodauit. Quorum alterum in foliis quartae, quae dicitur, formae interpositis praeter leuiora quaedam ipsius P. Scriuerii additamenta G. Hermanni notas continet ineditas: alterum autem, quod secundum inscriptionem 'donum Vossii' est, et Almeloueni nomine, quod in fronte legitur, et emendationibus in margine ascriptis proditur idem esse, quo se usum Hesselius in praefatione ad Ennii fragmenta a se edita narrat. Quod recte in calce eius libri adnotauit docta quaedam, sed ea nec Almeloueni nec Hermanni, manus, quae haec adiecit: 'sed emendationes huic codici adscriptas male censet [Hesselius] P. Scriuerio esse adscribendas. Mihi constat D. Heinsii manum esse.' Ex his igitur libris quae etiamnunc uel probabilia uel notatu digna uideri possent, Scriuerii et Heinsii commenta non adeo multa, integras tamen G. Hermanni notas in Addendis, quae infra sequuntur, cum studiosis harum rerum uolui communicari.

De Liuii Aegistho Hermannus olim haec adnotauit:

'Aegisthum Liuii imitatus Seneca in Agamemnone. Solum secundum fragmentum [IV] nihil habet simile in Agamemnone. I [III] Seneca 978 sq.' [si quidem apud eum legatur: *Aegisthe*, *gaudes*] 'si Liuium male interpretatus est Nonius. Alioquin huic quoque fragmento nihil apud Senecam respondet. II [IV] Iun. Maius *nemo hoc nos tibi. Ruminetur* uereor ne criticis debeatur. Edd. uett. et Iun. Maius *ruminabitur*. Ita *mulieri* alterum trochaicum incipiat. III [II] Scribe *classem* uel *classim lustrat*. Certe pro actiuo Nonius stare uidetur, habetque Seneca, quem uide u. 449—450 [455 Gron.] Male, ut uidetur, Ios. Scaliger Coni. in Varr. p. 35 (u. infra ad Naeuii Aegisthum, qui nullus fuit.)' [Sed ibi nihil ab Hermanno ascriptum est.] 'Liuium imitatur Pacuuius ap. Quintil. I 5, 67. IV [V] Plerique *solennitusque*. deinde *adeo litali*, *adeo ditali*, *a declitali*, *a conditali*, et, ex coniectura puto, *adeo ditem* legitur. Scribendum uidetur: *solennitusque accedit iam tandem et lubens*. cf. Seneca u. 395 sq. uel 790 [778?]. Coniicias etiam: *solennitusque dedicat laudem et lubens*. De uerbo *dedicare*

u. Non. p. 280. *Lubens* eadem in re, sed ex Agamemnonis persona posuit Seneca u. 806. V [I] Seneca u. 421. VI [VI] Seneca u. 875—880. VII [VII] Scribe *ipsus*. Seneca ibidem aliter de morte Agamemnonis. VIII [VIII] Reposita in secundo uersu uetere librorum lectione et addito *iam* scribendum uidetur: *Quin quod parere uos iam maiestas mea Procat, toleratis temploque hanc deducitis.* Seneca u. 997. Confugerat Electra, de qua haec dicit Clytaemnestra, ad aram etiam apud Senecam u. 951'

Líu. 8 *uostrum* et *mulier* D. Heinsius 24 *lactandum* Heinsius, et Isacius Pontanus ad Scriuerium

Naeuii 3 *hominis*] '*nominis* uel *numinis*. potest etiam *homines* accipi. nam sic ueteres scribebant.' Heinsius 31 Recepta nominatiui forma *alis* sine lacunae nota scribendum erat: *alis Sublimen alias* 40 Acuendum erat: *Nê ille* auctore G. Hermanno Philologi III 465 sq. 47 Seruanda erat librorum scriptura: *praeter amnem* 58 Exclamationis signum ponendum 68 Addendum: '*Grai* uel *Graii* libri'

Ennii u. 39 *rapere* Leid. saec. X, quem inter optimos librorum de diuinatione et de deorum natura codices recenset Halmius 44 *aequalis* Leid. 46 *repperisti* Leid. 47 *men* Leid. 49 *referte* Leid. 52 *adueniet fera* Leid. *adueniet, fera .. Nauibu' complebit manu' littora* Bergkius Ephem. Darmst. 1834 p. 1008 53 *compleuit* Leid. 55 *iudicabit* Bergkius ibidem *tris* Leid. quoque Versum 60 Macrobius iterum attingit in Sat. II 9: 'ut ille Troianus equus, *grauidus armatis* fuit' 77 In adnot. accuratius sic scribendum erat: '*accedam* Gud. teste Halmio, Pith. Reg.' Quam formam recipiendam fuisse et mihi Fleckeisenus persuasit et aliis olim probabit. Cf. Add. ad 206 96 *signitenentis* Scriuerius

98 *obiecta* Prisciani Bambergensis m. pr. teste Halmio. *abiecta* idem corr. Ibidem in lemmate pro *id est filiabus* Bamb. habet *id est Nereidibus*, quod rectum uidetur Halmio

106 *salso* etiam Scriuerius 110 *ignotus*] *uinosus* Heinsius

P. 25 in Rhetoris ad Enn. Cresph. III lemmate Halmius Anal. Tull. I 17 monet ex bonis libris scribendum esse:

utuntur igitur studiose 114 *adficior* Wuerzb. 117 *liquere* Wuerzb. 125 'f. *nuditant.* primo uerbo *o pie* forte scribendum *omnes*, quod qui norunt Mss., non mirabuntur: in his enim legitur *ompnes* per *p*, in aliis sic scribitur *ōpēs*. fortasse postrema litera *s* oblita fuit.' Heinsius Ad Aeschyli Eum. 560 *σιγᾶν δ' ἀρήγει καὶ μαθεῖν θεσμοὺς ἐμούς* Hermannus adposuit Enniana 132 sq. sic scripta:

Tacere opino esse optumum, ut pro uiribus
Sapere, atque fabulari tute nouerint.

Ad eiusdem Eum. 605 *λέξω πρὸς ὑμᾶς τόνδ' Ἀθηναίας μέγαν Θεσμόν, δικαίως, μάντις ὢν δ' οὐ ψεύσομαι* Hermannus ascripsit Enniana 135 secundum Gulielmi coniecturam

V. 156 poteram seruare librorum scripturam *inuitam* 174 *is quo cruciatu* Isacius Pontanus ad Scriuerium 206 *caesae accidissent abigne* Leid. Cic. de nat. deor. *caese accedissent adignē* Wuerzb. Rhet. ad Her. *Caesa accedisset* scribendum fuisse docuit me Fleckeisenus conl. Plaut. Rud. 8 Poen. II 38 Enn. 371. Cf. Add. ad 77 P. 36 in Rhetoris ad Her. II 22, 34 uerbis Halmius l. l. p. 16 monet ex optimis libris scribendum esse: *si id modo, quod satis esset, curarent poetae* 226 *istuc ista* Leid. 228 *trauersa* Leid. 229 *perniciem* Leid., unde fortasse *permitiem* efficiendum est. Cf. Att. 434 231 *uortam* Abrinc. *uertam* Erl. a 232 *paternam domumne* etiam Erl. a, sed signis prima manu adpositis, quibus transponi uoces iubentur 233 *seruauisti* Cratandrina *seruasti* libri, etiam Gud. 235 sq. Minus recte septenarii expressi sunt pro dactylicis tetrametris:

. . *saluete, óptima corpora!*
Cétte manus uestrás measque accipite!

V. 241 Meinekius docuit sic scribendum fuisse: *'Vtinam ne umquam, Méde, Colchis cúpido corde pedem éxtulisses!* conl. Euphorionis uersu (Analect. Alex. p. 45 sq.): *ὅσσ' ἐδάη Πολύδαμνα, Κυτηϊὰς ἢ ὅσα Μήδη.* Cf. Add. ad Att. 417. Itaque non debebam in Quaest. scen. p. 252 de fide Nonii dubitare 272 *inpudentes* Leid. 275 *dracmam* Leid. 276 *drachumam* Leid. 313 Erat sane rectius *Brugio*, ut

monuit Halmius 325 In textu lege: *nostram* Ad Aeschyli Eum. 608 *οὐπώποτ' εἶπον μαντικοῖσιν ἐν θρόνοις, Οὐκ ἀνδρός, οὐ γυναικός, οὐ πόλεως πέρι, Ὃ μὴ κελεύσαι Ζεὺς Ὀλυμπίων πατήρ* Hermannus haec adnotauit: 'Ennii ex hoc loco uerba fuisse haec [350 sqq.] colligi potest:

> *ego sum, unde populi et reges consilium expetunt,*
> *suarum rerum incerti: quos ego ope mea*
> *ex incertis'* e. q. s.

Quem ad u. 351 dixi Erlangensem b, dicere uolui Erlangensis ueteris supplementum saeculi XV, item ut ad Enn. 306 (*quid*) et Pac. 412 (*nubium*). Idem intellexi, cum simpliciter *Erl.* ad inc. inc. fab. 125 (*erras*) et cum *Erl. a* posui ad inc. inc. fab. 125 (*nam et uidente et praesidente tibi*) 135 (*incuruesceret*) 140 (*ut celum*) 354 In adnot. lege: 'nimium boni est' et 'Eur. Hec. 621' 357 *cantu* datiuum esse post Rathium et Fr. Iacobsium intellexit Foertschius Quaest. Tull. part. II (Numb. 1846) p. 8, quem indicauit Halmius 362 Poterat disponi: *út tibi* || *Titánis* 378 *ciuis* Gud. 379 *perisse* Bamb. a et b et Oehl. 380 *pinnis* Bamb. a, sed altera manu corr. *pennis*. In Bamb. b deest hic locus 398 In Ciceronis uerbis Ennii nomen omittitur etiam in Abrinc. et Erl. a, ubi haec extant: *dicere enim aut pienti facilius*, sed in Erl. *aiunt* suprascripto super *aut* 400 *quicquam quicq̧ quemq̧ quisq. conueniat* Wuerzb. *quisquam quicquam quanquam quenquam quisque conueniat* Opitz. *quicquam quisquam quemquam quisque conueniet* Windbergensis Duo loci Ennianis reliquiis addendi sunt. Quae enim Gellius XIII 20 his uerbis adfert: 'Ennius item *rectos cupressos* dixit contra receptum uocabuli genus, hoc uersu: *capitibus nutantis'* (Gryph., non Guelf. cod., in margine: *al's nutantibus:* praeterea nulla hoc loco scripturae uarietas teste M. Hertzio) '*pinos rectosque cupressos.* Firmior ei credo et uiridior sonus esse uocis uisus est, rectos dicere cupressos, quam rectas. Contra uero idem Ennius in Annali' e. q. s. excerpta ea a Nonio p. 195, 24: '*cupressus* generis feminini, ut dubium non est. Masculini

Ennius: *capitibus nutantibus pinos r. c.'* — haec sic scribenda censet Ritschelius Ind. schol. Bonn. aest. **1852** p. XV:

. . . . *cápitibus nutántibus*
'Ibi pinos rectósque cúpressos . . . .

Idemque heroici uersus speciem falsam perhiberi docet apud Varronem de L. L. VII **12**, ubi haec: '*tueri* duo significat, unum ab aspectu ut dixi, unde est Enni illud [inc. nom. IX] et: *quis pater aut cognatus uolet nos contra tueri?'* Quae propter insolite correptum *contra* sic ille eodem loco digerenda proponit:

. . . *quis nos páter aut cognatús uolet*
Contrá tueri?

P. **63** Rhetoris ad Herenn. II **27**, **43** de Pacuuii Antiopa (II) locum ex optimis libris sic rectius scribi monet Halmius l. l. p. **18**: *quorum controuersia de musica inducta est, disputatione in sapientiae rationem . . consumitur* In lemmate ad Antiop. IV *attici* Leid. pro *astici* Antiopae frusta XI et XII transponenda sunt In Antiop. XIV *Setus* rectius quam *Sethus* scribi docet Ritschelius de epigr. Sor. p. **26** Ad u. **37** adnotandum erat: '*praegrandi* uulgo' Atalantae locis addenda uidentur, quae D. Heinsii manus enotauit: 'extant in Bibl. Lugd. Bat. Glossae in primum et secundum librum Georgicon, ex Seruio ut uidetur collectae, tamen multis locis ita locupletes, ut Seruium nonnullis locis plane restituere possint. In his ergo lib. I uers. **18**: *Tegaeae* [Tegeaee] *uero a deriuatione est q̄. est Tegaeus* [Tegeaeus cf. Wagnerus in Verg. Aen. V **299**] *a Tegaeo* [Tegea] *oppido Arcadiae. Item Tegaea* [Tegeaea] *Arcadiae ciuitas, ut apud Pacuuium Manclanta Tegaea* [Tegeaea] *Arcadiae ciuitas, et reliqua'* — in quibus latet, ni fallor: *apud Pacuuium in Atalanta*

83 *isti* Leid. **90** *quidquid* Leid. **92** *indidemque eadem quae* Leid. **102** *ossuum* Bamb. **143** Seruandum erat: *quid? quod et mehe* conl. Att. Aen. **15** **197** *somno* in Gud. quoque extat: inuitus Halmius olim totum uersum inde exscribens hanc uocem omiserat **218** *saeuo in litore* Scriuerius, item Att. **574** **235** *repudio hospicium* Heinsius, recte

ut uidetur: cf. **232** et quem Fleckeisenus indicauit, Plaut. Rud. **883** **266** *atrectatu* Gud. **275** In adnot. lege: 'merore *libri*' **321** item in adnot. 'occursans ruat *Hermannus*'
P. **99** in Ciceronis ad Pac. Teuc. XII lemmate pro nostris *splendida illa* Abrinc. habet *spondalli illa* **328** *quom* etiam Abrinc. **330** *neque eius grati* Abrinc., sed literae *r* in uoce *grati* corruptelae signo superinposito *in tutelast traditus* Abrinc. **350** In adnot. lege: 'agite ite uoluite' **359** *horrescent* Pal. **1525** (Halm. de Cic. cod. p. **17** n. **77**) **368** *eo cadere* etiam Bamb. b teste Halmio **410** *satietas capere possit* Leid.

De Attii Aegistho Hermannus haec scripsit:
'argumentum idem quod Choephororum Aeschyli et Electrae Sophoclis atque Euripidis. Videtur Sophoclem magis spectasse. I [IV] Ven. **1496** et Iun. Maius *frangescunt*. Veneta et Aldina *persenserim*. Nisi quis coniunctiuum *persensint* tueri uelit, crediderim litteras *im* male repetitas esse scribique debere *persenscere*. Versus trimetri. Verba uel Aegisthi uel Clytaemnestrae ad Electram. II [I] Iun. Maius *hem ciuitatis*. Omnes libri *funditus*. *Hei* extra uersum est. *Cuiatis* nominatiuus est. Verba Aegisthi conspecto mortuae Clytaemnestrae corpore interrogantis de auctore caedis. III [II] Ven. et Iun. Maius *cui*. Iun. Maius *materna*. Idem et Ald. *sparso*. Veneta *sanguine sparso*. Scribe, *Cui manus materno sordet sparso sanguine*. Verba sunt Orestis et, nisi fallor, respondebat ille his uerbis praecedenti Aegisthi uersui, ita ut qui sit, ex his intelligat Orestes [Aegisthus?]. Simile illud Sophoclis [Aeschyli Choeph. 874] *τὸν ζῶντα καίνειν τοὺς τεθνηκότας λέγω*. Dignissimum hoc foret ingenio Attii.'

De Clytaemnestra idem haec:
'e fragmentis Clytaemnestrae, quae fortasse ex Sophocle expressa erat, soli tertio [I] non potest certa sedes assignari. Reliqua sic uidentur esse ordinanda. II [III]. Ex relatione praeconis de tempestate, qua in reditu classis Graecorum iactata est. Ea narratio scripta fuit uersibus

trochaicis. III [IV] indidem. IV [V] indidem. Narrabat de Aiace Oilei, de quo etiam Seneca in Agamemnone. Verba *in pectore* finiunt uersum. In altero uersu *inchoatum* aut corruptum est aut exciderunt duae syllabae. Si hoc, sensus uidetur esse, fulmen in pectore Aiacis primo exarsisse, dein nauem quoque corripuisse. Non dissimilia prorsus Seneca. V [IX] indidem, de eiectis in aspero littore, fortasse ad saxa Capharea. *feras Potiuntur plagas.* VI [VI] Ex colloquio Cassandrae cum choro, ut uidetur, uersibus trochaicis. Verba Cassandrae sunt. VII [VIII] indidem Cassandrae uerba. Recte corrigunt *uictorem*, quod oppositum *rebus dubiis.* VIII [VII] indidem Cassandrae uerba. Errore librarii *seruitutis* scriptum pro *seruiti.* IX [II]. Vt uidetur, ex colloquio Electrae et Clytaemnestrae, uersibus trochaicis. Electrae uerba uidentur, facinus matri exprobrantis. Si, quae facillima est correctio, praestat, repetitis eisdem litteris scribi poterit: *omnes gaudent facere recte non mali, mali pigrent.* X [X] Clytaemnestrae uerba reprehendentis Electram, quod matris iustum factum improbet, iniustam autem mactationem Iphigeniae probet. Ed. Ven. 1496 *mater meo iurare factum incilans genitorem iustum approbas.* Reliquae, *matre meo iure f. incilas g. iniustum a.* Sic etiam Iunianus Maius, nisi quod hic *incilias*, quam uerbi formam idem etiam in ceteris fragmentis exhibet. Vera uidetur H. Grotii emendatio, sed ex Veneta reuocandum participium, *matrem ob iure factum incilans genitorem iniustum approbas.*'

De Agamemnonidis idem ad Aesch. Agam. 764 *οὐκ ἔστι λαθεῖν ὄμματα φωτός, Τὰ δοκοῦντ' εὔφρονος ἐκ διανοίας Ὑδαρεῖ σαίνειν φιλότητι* haec adnotauit: 'Attii memorantur Agamemnonidae, quae fabula, si quid ex nomine diuinari licet, uel idem argumentum quod Aeschyli Choephori uel Sophoclis Electra habuit, uel totius Aeschyleae trilogiae quaedam epitome fuit. In ea apud Nonium in u. *componere* non dissimilis sententia his uersibus dicta est: *multi, animus quorum?* e. q. s. Idemque ad Agam. 1545 *ὦ φέγγος εὔ-*

φρον ἡμέρας δικηφόρου. Φαίην ἂν ἤδη νῦν βροτῶν τιμαόρους Θεοὺς ἄνωθεν γῆς ἐποπτεύειν ἄγη κ. τ. λ. haec: 'si imitatus est Aeschylum Attius in Agamemnonidis, cuius fabulae mentionem feci ad u. 764, referri ad hanc orationem poterunt uerba quae ex uersibus trochaicis excerpta attulit Nonius:

inimicitias Pelopidarum . . . .
. . . . exstinctas iam oblitteratas memoria
renouare.'

Att. 79 *nulla est* etiam Heinsius 122 An: . *fortasse an sit?*

Ad 142 sq. poteram codicis Borbonici 404 scripturas, quas H. Keilius in Obs. crit. p. 98 testatur, adponere: *diregunt*, et *supremus* pro *summus*. Vnde ille tetrametrum trochaicum sic putat restituendum esse: *iam neque di regunt Neque profecto deum supremus rex iam curat omnibus* 155 *bene facis: sed num quid subiti mihi febrem exciuit mali?* Hermannus 158 *intractabili* Hermannus 197 *proemia erepta a socro* Bamb. 198 *adtractatum* etiam Abrinc. 200 *miscendust malum* Abrinc. 205 *inlexe*, paulo recentiore manu suprascriptis *iss*, Leid. 209 '*adde*, quod magis poeticum' Scriuerius 212 *quēdam thyestem clepere ausum esse e regia* Leid. Ciceronis 219 *epistolarum fictor* Bamb. 233 *animaduortet* Abrinc. 288 *uides* Heinsius 321 Senarius prima thesi mancus exprimendus erat 327 *eo mortales frenis liberos* [*Ducum*] *misereor saepe et subditos uolo* Hermannus

386 *adposuit*] *instituit* Bamb. Prisciani altero loco. Attius utrum scripserit, etiam recentiore perfecti *posuit* forma dubium reddi nuperrime docuit Ritschelius in comm. de miliario Popilliano p. 7 392 *fremibunda* Leid. Ciceronis 393 *euoluit uertices ui suscitat* Leid. 400 *fuscineuertens* Leid. 401 Leid. ut Erl. 403 *sicut inciti* Leid. 406 *consimile* Leid. 409 *tumultis* Heinsius 410 *uos* Heinsius 417 Scribendum uidetur: *Tun dia Mede's, cuius* e. q. s. conl. Enn. 241 473 *macte ob uirtutem patris* Hermannus 480 *persuasit* Bamb. Praeterea nulla hoc loco uarietas P. 174 in lemm. lin. 1 lege: 529—531 Infra lin. 6 interrogandi signum de-

est post *Lemnium* 549 *umido* Gud. 551 *multum flebilis* Gud. P. 177 in adnot. ad u. 553 lege: '*tetros . . Gud.*' Alias constanter scripturam per *ae* seruare eum librum testatur Halmius 559 *arma ergo ignauo inuicta es* Hermannus

584 *ostentas* Heinsius 640 In adnot. lege: 'o suauem] o *Junius*' 657 *internecionis* Hofman-Peerlkamp in Hor. carm. I 24, 1 681 In textu lege *expertaque* 697 Cf. adnot. ad inc. inc. fab. 127 Iulii 3 *aethera alte* Scriuerius

Marii Victorini de Tecmessa locum Ritschelius in Mus. Rhen. t. VIII fasciculo tertio his ipsis diebus edito sic proposuit p. 476 emendatum: '*iuxta autem non ponebant cm. inde nec Alcmenam dicebant nec Tecmessam, sed Alcumenam et Tecumessam. inde Alcumaeo* (uel *de Alcumaeone*) *et Tecumessa tragoediae, donec Iulius Caesar, qui et Vopiscus*' e. q. s.

Inc. inc. fab. 6 *quo fato* Heinsius 10 *coniecturam* Leid. 13 *diuinae dedit* Leid. 23 sq. Vnice probat Meinekius quae in adnot. proposui, reliqua autem Ciceroni censet esse reddenda P. 202 in lemmate uersus XIII locum corruptum Wuerzb. habet ut Parisinus. *subornare uagam iphigeniam*, reliquis omissis, Opitz. An forte scribendum erat: *Aesopum et Cimbrum subornare Iphigeniam uelut agentes Agamemnonem et Menelaum?* 51 *Pergamum* Wuerzb. 52 sq. *quem ego me profiteor ẽe meãecũ frustra ternis mihiq; adiudicariei* Wuerzb. 75 *maxumis* Gud. Ad. u. 76 commemorandus erat Hermannus, qui in Eur. Hec. 1 conflatis XXXVIII et XXXIX sic posuit: *inferum, Vnde animae excitantur obscura umbra, aperto alti ostio Acheruntis falso sangui, mortuorum imagines.* Sed uereor ut apte haec se exceperint: 'adsum atque aduenio Acherunte, unde animae excitantur aperto ostio Acheruntis', ut alia taceam, quae partim in Coniect. p. 6 sq. tetigi 81 *iam fere eram ad* proponit Halmius

93 *haecine* Gud. *ille Telamon* Gud. 94 *Grai* Gud.

95 Lege *cóncidit* 96 *turbans* Heinsius 110 *inpotentiam* Gud. 111 *enectus siti* Gud. Ciceronis 114 *num non uis huius me uersiluloquas malitias* Abrinc. Ciceronis de or. Deest

hic locus in Erl. a De inc. inc. fab. LXIII parum probabilia disseruit Firnhaberus Philologi VI 372 sq.
V. 133 sqq. Hermannus in Aesch. Eum. 894 *καρπόν τε γαίας καὶ βοτῶν ἐπίρρυτον κ. τ. λ.*: 'expressi uidentur ex hoc loco uersus esse, quos propterea Ennio adscribimus:

suo non intermittat tempore
caelum nitescere' e. q. s.

135 *incuruescere* Erl. b de or. *incurbescere* Abrinc. 140 *Achiuom* Abrinc. In emendandis Ciceronis ad Att. I 18 (inc. inc. fab. LXXXIV) uerbis nihil profecit Firnhaberus Philol. VI 368: nam *mei*, quod sane uerum uidetur, in corrupta uoce *Metellus* latere iam Malaspina uiderat 161 *qui uolt quod uolt ita dat se res ut* Leid. 166 *adpropinquat* Leid. 167 *optruncat* Leid. 173 *non uros quod domaui* Scriuerius 177 *qua causa accusem cau // sã hunc cũ id exp. uoluere* Wuerzb. Rhetoris ad Herenn. 'In Bamb. b exstat lectio in marg. post *hunc* adscripta: *nequeo mecum id disputando euoluere*' Halmius l. l. p. 18 178 *eum*] *enim* Wuerzb. Ciceronis de inuent., qui cognomini librorum ad Herenn. codici aetate par dicitur ab Halmio *accuses* Wuerzb. Rhet. ad Herenn. et Erlangensis de inuentione, quem et ipsum perbonum praedicat Halmius. *a^c^cuses* Wuerzb. de inu. Placet illi *accuses* ut in monologo dictum: quod si receperis, u. 180 scribendum uidetur: *Quid tándem eum accuses* e. q. s. ubi *quid autem accuses quid parui auditu existimes* Wuerzb. Rhet. ad Hēr. *quid eum accuses quid parui auditu estimet* Wuerzb. de inu. (idemque infra etiam *parui auditu*) *quid ///// accuses qui parui auditu estimet* Erl. de inu. (infra *auditum estimabit*). *auditum* uerum habet Halmius l. l. p. 18 184 *heu* om. Oehl. Bamb. a et b 190 *humorem* Gud. 191 *situ nitoris* etiam Gud., nam *nidoris* inuitus olim Halmius in excerptis scripserat 207 *Eurota* Gud. quoque

208 *labor Militiae* cum Bouherio Wesenbergius Emend. Tusc. II 43 'i. e. labor militaris (= laboriosae exercitationes), quo uno illa: *palaestra . . puluis* recte comprehenduntur' Attii Aen. 7 *quo deorum* uel *quot eorum s. a. focos* Heinsius

Ad Attii Brut. I et II Leidensis scripturae haec enotandae sunt: u. 17 *quoniam* et *inpetu* 19 *pastor* 23 *conitier* 28 *linquier* 31 *mirandum ut sed in re tanta haut temere inprouiso offerunt* 34 *ostentum* 37 *pulcherrume*

In Quaest. scen. p. 252 lin. ult. Bothii loco laudandus erat Hermannus in Eur. Hec. 389 Item p. 255 quod Bergkium narraui inter Ennii u. 194 et 195 (Iph. VI) interstitium ponere, auctorem eius sententiae dicere debebam Hermannum in Eur. Iph. Aul. 385 et ipsum duo ex eadem scena a Rufino exempla electa esse conicientem, quorum alterum ex Euripidis u. 384, alterum ex 396 sqq. repetendum sit P. 256 lin. 3 lege: 'inc. nom. XXIII' Quae p. 304 de Myrm. VIII disputaui, suppletis quae exciderunt sic legenda sunt: 'quo qui illa IX 616: *ἶσον ἐμοὶ βασίλευε καὶ ἥμισυ μείρεο τιμῆς* expressa uolunt, dimidium pro toto sumunt, qui autem Achilli regnum offerri sibi persuaserunt, eis Agamemnonem ipsum praesentem loqui statuendum est, quod intellexit Schoellius p. 452 conl. 351 not.' Eiusdem paginae ultima uox corrigenda est: 'suadenti' P. 314 lin. 16 lege: 'fr. VI' pro: 'fr. IV' P. 323 lin. 20 lege: 'quarum mentio fit Agam. I'

TRAGOEDIARVM LATINARVM

RELIQVIAE

V (4)

Sollémnitusque deó litat laudém lubens.

VI (6)

. . in sedes cónlocat se régias:
Clytemnéstra iuxtim, tértias natae óccupant.

VII (7)

Ipsús se in terram saúcius fligít cadens.

VIII (8)

Quin quód parere mihi uos maiestás mea
Procát, toleratis témploque hanc dedúcitis?

AIAX

Mirúm uidetur, quód sit factum iám diú?

ANDROMEDA

Cónfluges riuí conuentu cámpum totum inúmigant.

DANAE

. . etiam mínitas? mitte ea quaé tua sunt magis
quám mea.

EQVVS TROIANVS

dá mihi
Hásce opes, quás peto, quás precor: pórrige,
'Opitula.

V Non. 176, 13 'sollemnitus pro sollemniter. Lucilius Aegistho. . .' (Liuius ed. 1526) VI Non. 127, 30 'iuxtim pro iuxta ...' VII Non. 110, 29 'fligi, affligi.' VIII Non. 23, 25 'procacitas a procando, id est poscendo dicitur...' Aiax Non. 127, 16 'iamdiu pro olim...' Andromeda Non. 62, 20 'confluges loca, in quae riui diuersi confluant.' Danae Non. 473, 31 'minitas pro minaris. L. Danea...' (L. Dariae Bamb. Naeuius Danae Aldina) Equus Tr. Non. 475, 10 'opitula.'

---

9 sollemnitusque adeo ditali laudet lubens *libri*, *nisi quod* adcon *Leid.* s. adeo litato audit l. *Duentzerus* s. adeo attuli laudem et l. *Bothius* 1 s. adeo illicita ille audet l. *Bothius* 2 s. adeo ditat laude illubens *Klussmannus* 11 Clytemestra *libri* natae *Aldina* nate *libri* 12 ipsus *Bothius* ipse *libri* 13 parere uos maiestas mea procat *libri* p. mea uos maiestas procat *Bothius* p. uosmet maiestas mea Procat *Klussmannus* maiestas *bisyllabum metitur Duentzerus*, *nescio an recte* 15 quid *Grotius Bibl. crit. nou. IV* *Interrogandi signum posuit Klussmannus* 16 conflugae *W* (*h. e. Wolfenbuttelanus*) confluge *Leid.* riui] ubi *libri* conuentu *Junius* conuentum *libri* 19 porrige *ms. Fabri*, *Vatic.* corrige *ceteri libri* *Hanc mensuram commendauit Bergkius:* dá mihi hasce opes, Quás peto,

LIVIVS ANDRONICVS

ACHILLES

Sí malos imitábo, tum tu prétium pro noxá dabis.

AEGISTHVS

I (5)

nam ut Pérgama
Accénsa et praeda pér participes aéquiter
Partíta est

II (3)

Tum autém lasciuum Nérei simúm pecus
Ludéns ad cantum clássem lustratúr . .

III (1)

Iamne óculos specie laétauisti optábili?

IV (2)

. . . . némo haec uostrum rúminetur múlieri.

Liui Achilles Non. 365, 25 'pretium, poenae exitum.' Idem 473, 22 'imitat...' Aegisthus I Non. 512, 32 'aequiter...' II Non. 335, 21 'lustrare est circumire...' Idem 158, 29 'pecus non solum quadrupes animal, uerum omnia animalia pecudes dicuntur... [5]' III Non. 132, 32 'laetare et laetiscere, laetificare.' (Lucilius Aegisto Bamb.) Idem 386, 23 'species dicitur effigies, facies. L. Egisthi...' IV Non. 166, 29 'ruminare dictum in memoriam reuocare...'

---

1 malos *ed. pr.* malas *libri p.* 365, *Bamb. p.* 473 males *celeri libri p.* 473 imitabis *ms. Fabri p.* 473 tu *om. libri p.* 365 dabit *libri p.* 365 [Si bona ero atque fida, amantem contra amare te addecet;] Sin malas *e. q. s. Bothius* 2 (*Mus. Rhen.* 1837 *p.* 269) 3 praeda *Junius* praedam *libri* equiter *libri* 5 autem *om. libri p.* 335 Nerei simum *Bentinus* Nereis simum *libri p.* 335 rei simum *libri p.* 158 6 cantem *Geneu. Basil.* classem *Geneu. Basil. Duentzerus* classum *celeri libri* lustrat nauium *Klussmannus cf. Jahn. et Klotz. Annal.* 1848 *Suppl. p.* 479 7 spetie latauisti *Bamb.* 8 uostrum *Almeloueenus ad Quintil. X* 2, *Klussmannus* uoster *libri* rumitabil *Klussmannus cf. Jahn. et Klotz. Annal. l. l.*

HERMIONA

'Obsecro te, Anchíale, matri né quid tuae aduorsús fuas.

TEREVS

I (1)

Rarénter uenio.

II (2)

Nimis pol inpudénter: seruis, praéstolas? . . . .

III (3)

. ego puerum intérea ancillae súbdam lactantém meae,
. . . ne fáme perbitat.

IV (4)

crédito,
Cum íllo sola meá uoluntate númquam limauít caput.

INO

Terentianus Maurus 1931:

Liuius ille uetus Graio cognomine suae
Inserit Inoni uersus, puto, tale docimen:
Praemisso heroo subiungit namque miuron,
Hymnum quando chorus festo canit ore Triuiae.
'Et iam purpureo suras include cothurno,
'Balteus et reuocet uolucres in pectore sinus,
'Pressaque iam grauida crepitent tibi terga pharetra.
'Derige odorisequos ad certa cubilia canes.'

Marius Victorinus p. 2512 P. p. 91 G. 'At cum Liuius Andronicus praemisso hexametro huiusmodi subnectat uer-

Hermiona Non. 111, 12 'fuam sim uel fiam...' Tereus I Non. 515, 29 'rarenter...' II Non. 475, 32 'prestolat pro prestolatur...' III Non. 153, 26 'peruitere, perire...' IV Non. 334, 7 'limare etiam dicitur coniungere...'

---

quás precor, pórrige opitula 21 obsecra *Leid. W sed* o *suprascr.* Anchiale *Junius in mg.* Anciale *libri* 23 inprudenter *libri* seruis *Junius in mg.* seruus *libri* praestolarás *Bamb.* prestolaras *ceteri libri* *Peritis auribus haec fortasse mensura magis placebit:* ..nimis pol ínpudenter: séruis praestolás..? 24 lactantem *Palmerius* laetantem *libri* lactentem *Bongarsius* lactentem *uel* lactanti *Vossius* 27 cum illo sola mea *Bothius* cum illos soli mea *libri, nisi quod* olim ex *Basil.* cum illo, soror mea *Mercerus* cum illo soror mea *Vossius* limaui *Mercerus*

sus per ordinem iambo terminatos, nouam potius hanc speciem' e. q. s. 'nam in hymno Dianae apud eundem ita inueniuntur in fabula Inone: Sed iam' e. q. s. Vide Quaest. scen.

EX INCERTIS FABVLIS

I (1)

Florem ánculabant Líberi ex carchésiis.

II (5)

.. sed qui sunt hí, qui ascendunt áltum ocrim?

III (3)

celsósque in ócris,
Aruáque putria et mare mágnum.

IV (4)

namque Taénari celsós ocris

V (2)

Haut út quem Chiro in Pélio docuít ocri.

VI (10)

Múlier, quisquis és, te uolumus.

VII (11)

Tuqué mihi narrato ómnia disertím . .

VIII (Eq. Tr. 3)

Quó Castalia pér struices sáxeas lapsu áccidit.

IX (14)

Quem ego néfrendem alui lácteam immulgéns opem.

Ex inc. fab. I Paulus Festi p. 11 M. 'anclare haurire a Graeco descendit.' Thes. nou. lat. apud A. Mai auct. class. e codd. Vat. ed. VIII p. 26 'anclo... haurire uerbum actiuum; unde Liuius: florem' e. q. s. II—V Festus p. 181 M. 'ocrem antiqui, ut Ateius Philologus in libro Glossematorum refert, montem confragosum uocabant, ut aput Liuium [29] et: [30. 31] [32] et: [33].' VI Non. 197, 31 'cuis et generi feminino attribui posse ueterum auctoritas uoluit.' VII Non. 509, 29 'disertim dicere, plane, palam...' VIII Fest. p. 310 M. 'struices antiqui dicebant extructiones omnium rerum.' Laeuio has elegantias reddendas censet Bergkius Ephem. Hal. 1842 p. 239 IX Paulus Festi p. 163 M. 'alii dicunt nefrendes infantes esse nondum frendentes, id est frangentes. Liuius...' Festus p. 162 M. '...ri: quem ego ne.............s opem.' Thes. nou. lat. l. l. p. 378 sq.

28 anculabant *Scaliger* anclabant *libri* 30 in *om. cod. De Saturniis numeris G. Hermannus et O. Muellerus, de heroicis Bothius cogitarunt* 35 tuque *ed.* 1476 tu quae *libri*

X (6)

dusmo ín loco.

XI

Varro de L. L. VII 3 M. 'Nec mirum quom non modo Epimenides ... sed etiam Teucer Liuii post annos XV (XII Flor.) ab suis qui sit ignoretur.'

CN. NAEVIVS

ANDROMACHA (Nou. Andr.)

Quod tú, mi gnate, quaéso ut in pectús tuum
Demíttas, tamquam in físcinam uindémitor.

DANAE

I (11)

Omnés formidant hómines eius ualéntiam.

II (10)

Contémpla placide fórmam et faciem uírginis.

III (2)

'Excidit oránionis ómnis confidéntia.

IV (1)

.... eam núnc esse inuentám probri
Cómpotem scis.

'alii autem dicunt nefrendes infantes, quasi nondum frendentes ... unde Naeuius: quem ...' e. q. s. Idem p. 214 'hic nefrens, dis, i. e. infans quasi nondum frendens... unde Liuius: quem ...' e. q. s.

X Paulus Festi p. 67 M. 'dusmo in loco apud Liuium significat dumosum locum: antiqui enim interserebant S litteram...' Placidus ap. A. Mai auct. class. III p. 452 'dusmum, incultum, dumosum uel squalidum.'

Naeui Andromacha Seruius in Verg. Ge. I 266 'fiscina] Naeuius in Andromacha...' Danae I Non. 186, 23 'ualentia, fortitudo. Neuius Dane...' (Damne Leid.) II Non. 470, 1 'contempla...' (Neuius Danea Bamb.) III Non. 262, 25 'confidentia, constantia...' IV Non. 456, 25 'compotem in bonam partem solum accipi putatur,

---

38 dusmo *'boni libri et deteriores quidam, uelut is, quo Barthius utitur in Aduers. XL 17' O. Muellerus, qui defendit hanc formam* dusmoso *uulgo*

2 in fiscinam uindemitor *Bothius* uindemiator in fiscinam *Seruius* 3 homines *Vossius* hominis *libri* eius uolentiam *Leid.* et (*suprascr.* ius) ualentiam *W* 4 contemplo *libri* 6 probri *Mercerus*
i
propris *Leid.* propriis *W Bamb. mss. Merceri* propris *ceteri* opprobrii *Vossius* 7 compotem *Bamb.* conpotem *celeri libri*

V (6)

.. auri iúbeo fonte láuere neminém manum.

VI (3 inc. com. 4)

Desúbito famam tóllunt, si quam sólam uidere ín uia.

VII (9)

Quín, ut quisque est méritus, praesens prétium pro factís ferat.

VIII (4)

...... indigne éxigor patria ínnocens.

IX (5)

.. quam quondam fúlmine icit Iúppiter.

X (8)

.. manubiás suppetiat próne! .....

XI (inc. trag. 16 add. 1)

Suo sónitu claro fúlguriuit Iúppiter.

EQVVS TROIANVS

.. numquam hodie effúgies quin meá manu
Moriáre.

cum et in mala positum sit ... N. Dane...' (competem in partem Bamb.) V Non. 504, 1 'lauit pro lauat .... N. Dane...' (Neuius Danae Bamb.) VI Non. 306, 7 'fama est rursus infamia ... Neuius: desubito' c. q. s. Idem 518, 1 'desubito ... Neuius Danae...' (Dane Bamb.) VII Non. 366, 4 'pretium pro praemio ...... Neuius Danae...' VIII Non. 291, 5 'exigere est excludere...' IX Non. 124, 14 'icit significat percutit, ab ictu ....' (Naeuius] in equius Leid.) X Non. 138, 17 'manubias, manus exubiae. N. Dane...' XI Non. 110, 17 'fulguriuit, fulgorem fecit uel fulmine afflauit. N. Sanea...' (fulgoriuit Leid. Bamb. Danae Junius)

Equus Troianus Macrobius Sat. VI 1 'Vergilius: numquam hodie effugies, ueniam quocumque uocaris' (Ecl. 3, 49) 'Naeuius in equo Troiano...'

---

8 auri *Delrio* animi *libri* auri fuluo fonte *Grotius* labere *Bamb.* neminem] memini *libri* nemini *Scriuerius* me memini *Grotius* iubeo te fonte lauere neminis manum *Bergkius Mus. Rhen.* 1835 *p.* 74 9 uidemus *libri p.* 306 12 quam *Delrio* quae *libri* quem *Scriuerius* Semela, quam *Bergkius l. l.* quondam *Junius* quandam *libri* flumine *W* 13 manubias suppetiat prone] manubias subpetat pro me *libri* 14 fulgoriuit *libri*

HECTOR PROFICISCENS

I (Enn. Hect. L. 19)

Túnc ipsos adóriant, ne qui hinc Spártam referat núntium.

II (Enn. Hect. L. 18)

Laétus sum, laudári me abs te, páter, a laudató uiro.

HESIONA

Né mihi gerere mórem uidear língua, uerum língula.

IPHIGENIA

.. passo uélo uicinum áquilo in portum orás ferat.

Hector proficiscens I Priscianus VIII p. 801 P. (1 p. 383 K.) 'adorior et adorio ... Naeuius in Hectore proficiscente ...' (in II Hectore Bongars. in III Hectore duo Darmst. Carlsr. 2 cum recentioribus) II Cicero Tusc. disp. IV 31, 67 'aliter enim Naeuianus ille gaudet Hector: laetus ... aliter ille apud Trabeam.' Idem ad Famil. V 12 'placet enim Hector ille mihi Naeuianus, qui non tantum laudari se laetatur, sed addit etiam a laudato uiro.' Idem ad Famil. XV 6 'Laetus sum laudari me, inquit Hector, opinor, apud Naeuium, abs te, pater, a laudato uiro. Ea est enim profecto iucunda laus, quae ab iis proficiscitur, qui ipsi in laude uixerunt.' Seneca Epist. XVII 2 (102, 16) 'cum tragicus ille apud nos ait magnificum esse laudari a laudato uiro, laude digno ait.' Cf. Symmach. Epist. I 3

Hesiona Gellius X 25 'admonendum lingulam ueteres dixisse gladiolum oblongum in speciem linguae factum, cuius meminit Naeuius in tragoedia Hesiona. Versum Naeui apposui ...' (Haesiona cod. reginae, Franeq.) Varro de L. L. VII 107 M. 'multa apud poetas reliqua esse uerba, quorum origines possint dici, non dubito, ut apud Naeuium in Hesiona: enimuero gladii lingula, a lingua.' (Esiona Flor. Par.a Esionam Goth. Haun., om. haec Par.b)

Iphigenia Non. 370, 25 'passum, extensum, patens ... Neuius Efigenia...'

---

17 qui hinc *G. Hermannus Elem. d. m. p.* 633 quis hinc *libri* 18 me *om. Pith. in Tusc.* 19 ne mihi *Suerdsioeus Vind. praec. Bentl. p.* 60, *O. Muellerus* sine mihi *libri* mortem *Franeq. Gellii* uidear] tu uideare *aut* iam uideatur *Suerdsioeus* uerum *Gellius* uero *Goth. Haun. Par. a Varronis* enimuero *Flor. eiusdem* lingula *Gellius* gladii lingula *Varro*, *ut uerba* enimuero gladi *O. Muellero uel sequentis uersus initio ab ipso poeta superaddita fuisse uel ex glossemate irrepsisse uideantur* 20 passo uel hoc uicinum aquilone hortum fer foras *libri*, passo uelo uicinum Aquilo in portum fert orias *Mercerus*, *in quibus* uelo *praeierat Junius*

LYCVRGVS

I (7)

Tuós qui celsos términos tutánt . .

II (17)

Alté iubatos ángues in sesé gerunt.

III (13)

.. Líberi,
Quacúmque incedunt, ómnis aruas ópterunt.

IV (19)

suauisonúm melos

V (2)

Vos quí regalis córporis custódias
Agitátis, ite actútum in frundiferós locos,
Ingénio arbusta ubi náta sunt, non óbsita.

VI (3)

dúcite
Eó cum argutis línguis mutas quádrupedis.

VII (4)

alii . . .
Sublímen alios ín saltus inlícite, ubi
Quasi bípedes uolucres líno linquant lúmina.

Lycurgus I Non. 476, 9 'tutant...' (Neuius Licurgo Bamb.) II Non. 191, 16 'angues masculino genere...' III Non. 192, 29 'arua ... feminino Neuius L....' IV Non. 213, 10 'melos genere neutro.' V Non. 323, 1 'ingenium ueteres dixerunt et sua sponte uel natura. Neuius L....' VI Non. 9, 24 'mutus onomatopoeia est incertae uocis, quasi mugitus; nam mutus sonus est proprie, qui intellectum non habet.' (Neuius Licurgo Bamb.) VII Non. 6, 17 'illicere est proprie illaqueare.' (inlicere ... inlaqueare Bamb.)

---

22 iubatos *Junius in mg.* iugatos *libri* 23 Liberi *Mercerus* lib. II *libri. Supplendum est uelut* famulae 24 quacumque *Vossius* quaque *libri* quaqua *Mercerus* *Septenarium habet Vossius* 25 suauisonum *Vossius*, *Gulielmus Veris. III* 8 suaue summum *libri* 26 regalis *edd.* regali *libri plerique* regari *Basil.* 27 agitatis *Geneu.* agitis *ceteri* frondifluos *ms. Palat.* 483 locos *Bothius* lucos *libri* 28 arbusta ubi nata *Scaliger Coni. in Varr. p.* 82 arbusto uineta *libri* obsita *Scaliger* obsitu *Geneu.* obstutas *ceteri libri* 29 ducito *Bamb.* 30 cum *Mercerus* tum *libri* ducite eo argutilinguis *Bothius* *Numeros restituit Vossius* 31 32 alis sublimen *libri plerique* alis sublimem, n *m.* 2 *suprascr.*, *Leid.* alii sublime

VIII (5)

Vt ín uenatu uítulantis éx suis
Lucís nos mittat poénis decoratás feris.

IX (14)

pérgite,
Thyrsígerae Bacchae Bácchico cum schémate.

X (8)

Ignótae iteris sumus: túte scis . . . .

XI (25)

. . dic quo pácto eum potiti sítis: pugnane án dolis?

XII (20)

Ne ílle mei feri íngeni iram atque ánimi acrem acrimóniam

XIII (18)

Cáue sis tuam conténdas iram cóntra cum ira Líberi.

VIII Non. 14, 19 'uitulantis ueteres gaudentes dixerunt, dictum a bonae uitae commodo: sicuti qui nunc est in summa laetitia, uiuere eum dicimus.' (uitulantes Bamb.) IX Non. 225, 1 'schema . . . neutro N. Lygurgo . . .' X Priscianus VI p. 695 P. (I p. 245 K.) 'et hoc iter; dicimus enim huius itineris: quamuis antiqui hoc iter iteris et hoc itiner itineris dixerunt . . . N. in L. . . .' Non. 124, 27 'ignote, id est inscie. Neuius L. . . .' Idem 485, 5 'iteris positum pro itineris, et quidem recte ab eo, quod iter iteris facit, itiner itineris.' (Neuius Licurgo Bamb.) Thes. nou. lat. ap. A. Mai auct. class. VIII p. 127 'hoc heteroclinium, ii, unde Plautus: ignoti itineris sumus, tute scis quae sint heteroclita.' Ibid. p. 194 'heteroclitum, diuersiclinium ubi diuersae sunt uiae. Plautus: tute scis quae sint heteroclita.' XI Non. 481, 28 'sic potior illam rem pro illa re potior . . .' XII Non. 73, 17 'acrimonia est animi uiuacitas. Neuius L. . . .' (Licurgo Bamb.) XIII Non. 259, 5 'contendere significat comparare . . .'

Scaliger alis (*h. e.* alius) sublime *Lipsius A. L. V* 14 alis sublimes *Bothius* alios saltus *libri* Menalios saltus *Mercerus* saltus, *om.* alios, *Bothius* inlicite *Bamb.* illicite *celeri libri* 33 quasi *om. libri* 34 suis] auiis *Scaliger* 35 lucis *Mercerus* locis *libri* Poenis *Scaliger* pennis *Mercerus* decoratus *libri* decoratos *Gulielmus ad Plaut. Amph. I* 1 uitulantes ex suis locis Nos mittant Poenis *Rostius Opusc. Plaut. I p.* 176 37 thyrsigerae Bacchae *ed.* 1526 tyrsigere Brehcae *libri* Bacchico] modo Bacchico *libri* modo Bacchiaco *Bergkius l. l.* 38 ignotae *libri plerique Nonii p.* 124 ignote *W p.* 124 ignoti *libri Nonii p.* 485 (*nisi quod* igniti *Bamb.*), *Priscianus, Lex. Vat.* sis *Heidelb. Dresd.* 2 *Prisciani* 39 sitis *om. libri* pugnan' *Bothius* pugna *libri* 40 iram *om. libri* aerem *Bamb.* 41 contenda syram *Leid. Geneu.*

XIV (9)

'Oderunt di hominés iniuros. — 'Egone an ille iniúrie
Fácimus?

XV (10)

.. sed quasi ámnis rapida támen inflexu fléctitur.

XVI (21)

Iam íbi nos duplicat áduenientis ... timós, pauos.

XVII (24)

.... nam ut lúdere inter sé laetantis uídimus
Própter amnem, aquám creterris súmere ex fonte...

XVIII (12)

Pállis patagiís crocotis málacis mortuálibus

XIX (16)

.... síne terrore pécua út ad mortém meant.

XIV Non. 124, 30 'iniurie dictum pro iniuriose.' XV Non. 191, 34 'amnem ... feminino...' XVI Non. 487, 8 'uapor et uapos ... Neuius L....' (Licurgo Bamb.) XVII Non. 547, 28 'creterra est, quam nunc situlam uocant. Neuius L....' Idem locus olim laudabatur p. 84, 14 'colustra... Laberius in Virgine: si quidem mea colustra fretus terris studere fecisset sumere aquam ex fonte', in quibus [cre]terris sumere aquam ex fonte uerba ex alia de creterris glossa, quae sequebatur, uidentur illata esse XVIII Non. 540, 5 'patagium, aureus clauus, qui pretiosis uestibus inmitti solet...' Idem 548, 26 'caltulam et crocotulam, utrumque a generibus florum translatum, a calta et a croco...' (Neuius Licurgo Bamb. utroque loco) XIX Non. 159, 7 'pecua et pecuda, ita ut pecora, ueteres dixerunt. Neuius... idem L.: sine ferro pecora manibus ut ad m. m. Accius Astyanacte: in celsis montibus pecua atque inter colles pascunt' e. q. s.

---

42 di homines iniuros *Bothius*, *qui personas et ipse distinxit* dii homines iniuriose *libri* dii h. iniurios *Mercerus*. *An malis:* óderunt di homines: égone an illi iniúrie Fácimus —? 44 amnis rapida tamen *Vossius* amnis cis rapit sed tamen *libri* a. rapida sed tamen *Mercerus* in fluxu *Mercerus*, *Vossius* 45 iam uim in nos duplicat aduenien s ignis uapos *Grotius* 46 nam ue ludere *Bamb.* *An:* namque ut ludere? inter se laetantis] laetantis inter se *libri* Namque ludere ut laetantis inter sese uidimus *Vossius* 47 propter *Junius* praeter *libri* aquam creterris sumere ex fonte] creterris sumere aquam ex ponte *libri plerique p.* 547, *nisi quod* creteris *et* sponte *Bamb.* c. s. a. ex sponte *Leid. m.* 1. s. a. ex fonte *libri p.* 84, *Junius* 48 malacis *libri plerique p.* 540 malicis *W p.* 540 malaciis *Bamb. p.* 548 malatiis *ceteri libri p.* 548 manicis *Aldina p.* 540 mortalibus *libri p.* 548 49 sine terrore pecua ut] sine ferro

XX (23)

. . . ut uídeam Volcani ópera haec flammis fieri
flora

XXI (15)

Proinde húc Dryante régem prognatúm patre,
Lycúrgum cette!

XXII (11)

Iam sólis aestu cándor cum liquésceret

XXIII (6)

.. late longéque transtros féruere

XXIV (22)

Vós qui astatis óbstinati . . . .

INCERTI NOMINIS RELIQVIAE

I (5)

Mále parta male dílabuntur.

II (11)

mare interbíbere

III (30)

Cum tuís sagittis árquitenens polléns dea.

XX Non. 109, 25 'fimbriae sunt omnis extremitas' (deinde Naeuii locum cum lemmate flora intercidisse coniecit Mercerus) 'Naeuius L....'
XXI Non. 84, 32 'cette significat dicite uel date, ab eo quod cedo. Neuius L....' XXII Non. 334, 32 'liquidum rursum significat molle et fluxum ... Neuius L....' XXIII Non. 503, 19 'ab eo quod est feruit, breuiato accentu feruere facit, ut spernit spernere...' (Neuius Licurgo Bamb.) XXIV Festus p. 193 M. 'obstinato, obfirmato, perseueranti...'
Inc. nom. rel. I Paulus Festi p. 222 M. 'partus et pro nascendo ponitur et pro parato.' Cicero Phil. II 27, 66 'Sed ut est apud poetam nescio quem...' II Isidorus Orig. V 26 'praepositionem inter pro e ponebant antiqui.' III Macrobius Sat. VI 5 'arquitenens: hoc epitheto usus est Naeuius belli Punici libro secundo ... idem alibi: cum' e. q. s.

---

pecora manibus ut *libri* s. f. pecua m. ut *Mercerus* s. f. manibus, pecua ut *Bergkius l. l., Grauertus Anal. p.* 101, *u.* 29. 30 *copulans cum* 49 meent *Grauertus* 51 proinde huc Dryante] proin dustriantte *libri* proin Dryante *Junius* patrem *W* 53 quum *Mercerus* cui *libri* calor cui liquescerit *Basil.* 54 transtros] trans nostros *libri* Thracia nostros *Grotius* Thraces nostros *Bothius*
58 cum tu arquitenens sagittis *exemplaria* praepollens *Grotius Bibl. crit. nou. IV*

IV (inc. com. 2)

Dubii fauentem pér fretum introcúrrimus.

V (Lycurg. 1)

Diabathra in pedíbus habebát, érat amictus épicroco.

VI (14)

in montes
. . . . . ubi uenti sése frangebánt, locum

VII (2)

Circúmuenire uídeo ferme iniúria

VIII (20. add. 4)

Struíx malorum

IX (4)

Néminem uidí qui numero scíret, qúam quo scíto opust.

X (7)

. . . . . trionum híc moderator rústicus

XI (22)

Odí summussos: proínde aperte díce quid sit, quód times.

IV Non. 205, 27 'fretum ... masculini ... Neuius: dubii' e. q. s. V Varro de L. L. VII 53 M. 'apud Naeuium: risi egomet' e. q. s. — 'idem: diabathra' e. q. s. 'utrumque uocabulum Graecum.' (Naeuium Par. a et b, 'ut uid.' Neuium Flor. Ennium Goth. Haun.) VI Isidorus Orig. XIV 8, 27 'confrages loca, in quae undique uenti concurrunt ac sese frangunt, ut Naeuius ait...' Schol. Lucani VI 126 'confraga sunt loca, in quibus undique uenti concurrunt, ut Naeuius ait...' VII Varro de L. L. VII 92 M. 'apud Naeuium... ferme dicitur, quod nunc fere.' VIII Seruius in Aen. IV 267 'exstruis a struice. Naeuius nominatiuo singulari...' IX Festus p. 170 M. 'numero ... apud Naeuium ... i. e. nimium sciret.' X Isidorus Orig. XII 1 'hunc' (sc. bouem) 'Latini trionem uocant...' XI Paulus Festi p. 299 M. 'summussi dicebantur murmuratores. Naeuius odi, inquit, summussos ... sit.' Apud Festum p. 298 M. haec apparent: '....ssi dicebantur .... Naeuius odi, inquit, ... inde aperte dice ...... times'

---

60 pedibus *uulgo* pecudibus *libri*   erat *Goth. Haun. Par. a* et erat *Par. b, omittunt ceteri*   *Florentinum false hoc loco ab editore exscriptum esse affirmat Klussmannus auctore Lachmanno*   62 sese *om. libri*   locum *om. Schol. Lucani*   63 circum *Par. b* ciccum *Flor. Goth. Haun. Par. a* eccum *uulgo*   65 quam quo scito opust] quique scit id est opus *cod.* quod scito est opus *Scaliger*   67 quod *suppleuit Vrsinus*

XII (18)

Quam númquam uobis Graíei atque bárbari

XIII (inc. trag. 19)

Vos quí adcolitis Hístrum fluuium atque álgidam

Q. ENNIVS

ACHILLES

I (1)

Sérua ciues, défende hostes, cúm potes deféndere.

II (4)

. . . . . per ego deúm sublimás súbjces
'Vmidas, unde óritur imber sónitu saeuo et spíritu.

III (2)

Quo núnc incerta re átque inoratá gradum
Regrédere conare?

XII XIII Cicero Orat. 45, 152 'nobis, ne si cupiamus quidem, distrahere uoces conceditur; indicant ... omnes poetae praeter eos qui ut uersum facerent saepe hiabant, ut Naeuius: uos qui' e. q. s. 'et ibidem: quam numquam' e. q. s.

Enni Achilles I Non. 277, 21 'defendere, tueri, depellere. Ennius Achille...' (defendere debellare [t]ueri ...' in Achille Bern. b) II Non. 169, 1 'subicis noue positum non a subiciendo, sed altitudine.' Festus p. 305 M. 'subices Ennius in Achille pro subiectis posuit, cum dixit nubes: per ego' e. q. s. Gellius IV 17 (positu, non natura praepositiones ob sub con cum uerbo iacio compositas longas fieri) 'congruens igitur est, ut subices etiam, quod perinde ut obices compositum est, u litera breui dici oporteat. Ennius in tragoedia, quae Achilles inscribitur, subices pro aere alto ponit, qui caelo subiectus est, in his uersibus [2. 3]: plerosque omnis tamen legere audias u litera producta.' III Non. 166, 22 'regredere, reuocare.'

---

68 *cf. Lachmannus in Lucr. III* 374 *p.* 162 *Ritschelius Prol. Trin. p.* 197 *sqq., qui facile fuisse censet scribere* Graii uobis, *nec qui u.* 69 *emendare aggrediatur, inclementius esse increpandum. Sed quid si Saturniis numeris utrumque uersum dimetiaris? cf. Quaest. scen.*
69 fluuium adalgidum *Klussmannus (Jahn. et Klotz. Annal.* 1846 *Suppl. p.* 135)

1 o qui te serua *Bern. b, in quibus latere possunt uelut* opitule, acriter, aequiter defende] defendite *Bern. b* 2 sublimas *Nonius, Rott. Vat. Gellii* sublimes *uulgo, om. Festus* subicis *Nonius, quod notauit Lachmannus ad Lucr. I* 744 3 inde *Festus* saeuo et spiritu *Delrio, om. Nonius* saeuo spiritu *Festus* seuo strepitu *Rott. Gellii* saeuo strepitu *Vat.* saeuo et spiritus *ceteri* *Versus recte disposuit Lachmannus ad Lucr. III* 227 4 inorata] morata *W*

IV (Ach. Arist. 2)

'Interea mortáles inter sése pugnant, proéliant.

V (3)

. . . nam consíliis obuaránt, quibus
Concédit Hector.

VI

Ita mágni fluctus eíciebantúr . .

VII

summam tú tibi
Pró mala uita fámam extolles, pró bona partam glóriam:
Mále uolentes fámam tollunt, béne uolentes glóriam.

ACHILLES ARISTARCHI

I

Exsúrge, praeco: fác populo audiéntiam.

* * *

Siléteque et tacéte atque animum aduórtite:
Audíre uos iubet ímperator

II (1)

. . . . prolato aere ástitit

IV Non. 472, 30 'proeliant.' V Non. 147, 22 'obuarare, peruertere, deprauare, dictum a uaris.' VI Cicero in Verr. act. II 1, 18 'tum subito tempestates coortae sunt maximae, iudices, ut non modo proficisci, cum cuperet, Dolabella non posset, sed uix in oppido consisteret: ita' e. q. s. Schol. Gronon. in l. l. 'ita magni' e. q. s. 'Enniano hemistichio usus est ex ea tragoedia, quae Achilles inscribitur.' VII Isidorus different. 218 'inter famam et gloriam: gloria quippe uirtutum est, fama uero uitiorum. Ennius in Achille: summam' e. q. s.

Achilles Aristarchi I Plautus Poenul. prol. 1 'Achillem Aristarchi mihi commentari lubet: Inde mihi principium capiam ex ea tragoedia. Sileteque . . . . . imperator histricus.' 11 'Exsurge' e. q. s. II Festus p. 242 M. 'prolato aere astitit Ennius Achillae in' (in Achille Scaliger) 'Aristarchi cum ait, significat clypeo ante se protento.'

---

6 interea *Klussmannus* (*Jahn. et Klotz. Annal.* 1845 *Suppl. p.* 328), *Lachmannus ad Lucr. II* 118 inta *libri, quod eiciendum uidetur Duentzero Ephem. Darmst.* 1848 *p.* 486 7 consilius *W* 8 concedit Hector] tam concedit hic ordo *libri* 9 eicibantur *suspicatur Fleckeisenus* 11 et pro bona *Isidorus* parátam *Isidorus* 15 au-

AIAX

I (3)

Qui rém cum Achiuis gésserunt statím . .

II (1)

'Animam emisso sángui tepido túllii efflantés uolant.

ALCVMAEO

I (1)

factum est iám diu

II (3)

Múltis sum modis círcumuentus, mórbo, exilio atque ínopia;
Túm pauor sapiéntiam omnem mi éxanimato expéctorat;
Máter terribilém minatur uítae cruciatum ét necem,
Quaé nemo est tam fírmo ingenio et tánta confidéntia,
Quín refugiat tímido sanguen átque exalbescát metu.

Aiax I Non. 393, 14 'statim producta prima syllaba a stando, perseueranter et aequaliter significat. Terentius [Phorm. V 3, 7] Plautus Amfitryone [I 1, 84] idem in eadem [I 1, 120] Ennius Aiace . . .' II Festus p. 352 M. '[tullios al]ii dixerunt esse silanos, alii rinos, alii uehementes proiectiones sanguinis arcuatim fluentis, quales sunt Tiburi in Aniene.'

Alcumaeo I Non. 127, 13 'iamdiu pro olim . . .' II Cicero de orat. III 58, 218 'aliud' (sc. uocis genus sibi sumit) 'metus, demissum et haesitans et abiectum [20—24].' Idem de fin. IV 23, 62 'hoc uero te ferre non potuisse, quod antiqui illi . . . crediderint, eius, qui honeste uiueret, si idem etiam bene ualeret, bene audiret, copiosus esset, optabiliorem fore uitam melioremque et magis expetendam, quam illius, qui aeque uir bonus multis modis esset, ut Ennii Alcmaeo, circumuentus — inopia.' Idem de orat. III 38, 154 'nouan-

---

dire iubet uos *libri* 18 animam misso sangui t. *Hermannus in Soph. Ai.* 918 *ed. tert.* Aiax misso sanguine t. *cod.* animam m. sanguine t. *O. Muellerus* sanguine Emisso tepido *Vossius* anima mistum sanguen tepidum *Langensiepenus Mus. Rhen.* 1847 *p.* 251 *sq.*
21 omnem, *om.* mi; *Erl. Cic. de or. III* 218 *et conlatus a Schneidewino Abrinc.* omnem mihi *Reg. Pith. Cic. Tusc.* mihi omnem *Nonius* exa[ni]mato *Erl. de or.* ex anima *Reg. Pith. Tusc.* 22 mater] alter *libri plerique*, *om. Abrinc. Erl. a* minatur *Abrinc. Erl. a* minitatur *celeri* 24 fugiat *Nonius* sanguen *Abrinc. Erl. a et b*

III (6. 2. 7. 4)

. . . unde haéc flamma oritur?

* * *

'Incedunt, incédunt: adsunt ádsunt adsunt, me éxpetunt.

* * *

Fér mi auxilium, péstem abige a me, flámmiferam hanc uim, quaé me excruciat.
Caéruleo incinctae ángui incedunt, círcumstant cum ardéntibus taedis.

* * *

Inténdit crinitús Apollo
Arcum aúratum, luna ínnixus,
Diána facem iacit á laeua.

IV (5)

Séd mihi ne utiquam cór consentit cum óculorum aspectú . .

tur autem uerba, quae ab eo, qui dicit, ipso gignuntur ac fiunt, uel coniungendis uerbis ut haec [21].' (Deest hic locus in Erl.) Idem Tusc. disp. IV 8, 19 'pauorem, metum mentem loco mouentem, ex quo illud Ennius [21].' Non. 16, 7 'expectorare. Cicero de or. lib. III: [21].' Quintilianus VIII 3, 31 'at ueteres ne expectorat quidem timuerunt.' Cicero de fin. V 11, 31 'quis est enim aut quotusquisque, cui mors cum adpropinquet, non refugiat' e. q. s. [24] Non. 224, 16 'sanguis neutro ... Cicero de fin. b. et m. lib. V: quotusquisque est' e. q. s. Priscianus VI p. 708 P. (I p. 262 K.) 'hoc sanguen. Cicero in Hortensio: refugiat' e. q. s. [24] III Cicero Acad. pr. II 28, 89 'quid? ipse Alcmaeo tuus, qui negat cor sibi cum oculis consentire, nonne ibidem incitatus furore: unde' e. q. s. [25] 'et illa deinceps: incedunt' e. q. s. [26] 'quid? cum uirginis fidem implorat: [27 sq.] num dubitas, quin sibi haec uidere uideatur? itemque cetera: intendit' e. q. s. [29—31] 'qui magis haec crederet, si essent, quam credebat, quia uidebantur? apparet enim iam cor cum oculis consentire.' IV Cicero Acad. pr. II 17, 52 'quod idem contingit insanis, ut

---

de or., *Nonius*, *Priscianus* sanguine *ceteri libri Ciceronis de or.* sanguis *Cicero de fin.* 26 incaede in caede adsunt me expetunt *Vindob.* incede assunt me expetunt *Erl.* incede incede adsunt adsunt me me expetunt *ceteri* 28 caeruleo *Columna* caerulea *Vindob.* caerulee *Erl.* caeruleae *ceteri libri* angui *Columna* igni *libri* 30 luna *cf. Hermannus Elem. d. m. p.* 386 *Beierus in Cic. off. T. II p.* 74 31 faces *unus Oxon.*

ALEXANDER

I (3)

Voláns de caelo cúm corona et taéniis

II (4)

Iam dúdum ab ludis ánimus atque aurés auent
Auide éxpectantes núntium.

III (2)

Hóminem appellat: 'quíd lasciuis, stólide?' non intéllegit.

IV (5)

Múlti alii aduentánt, paupertas quórum obscurat nómina.

V (6)

Quápropter Parím pastores núnc Alexandrúm uocant.

VI (inc. auct. 4. 5. 6)

Hecuba

Séd quid oculis rábere uisa es dérepente ardéntibus?

et incipientes furere sentiant et dicant aliquid, quod non sit, id uideri sibi; et cum relaxentur, sentiant atque illa dicant Alcmaeonis [32].' Ibidem II 27, 88 'Ennius non se uidisse Homerum, sed uisum esse, Alcmaeo autem: sed ... consentit.' cf. III Festus p. 165 M. 'neutiquam [pro nullo modo dici testis est...] cum ait: sed .... lorum aspect.'

Alexander I Festus p. 360 M. 'taenias Graecam uocem sic interpretatur Verrius, ut dicat ornamentum esse laneum capitis honorati — — Ennius in Alexandro...' II Varro de L. L. VI 83 M. 'auris ab aueo quod his auemus discere semper, quod Ennius uidetur ἔτυμον ostendere uelle in Alexandro, quom ait...' III Festus p. 317 M. 'stolidus, stultus. Ennius — et in Alexandro...' IV Macrobius Sat. VI 1 'Vergilius: multi praeterea, quos fama obscura recondit. Ennius in Alexandro...' V Varro de L. L. VII 82 'apud Ennium: [65] item: 'quapropter' e. q. s. 'imitari dum uoluit Euripidem et ponere ἔτυμον, est lapsus: nam Euripides quod Graeca posuit, ἔτυμα sunt aperta.' VI Cicero de diu. I 31, 66 (praesagitio inclusa diuinitus) 'si exarsit acrius, furor appel-

---

36 lasciuis, stolide *Scaliger* lasciui stolide *cod. Possis etiam sic distinguere:* hóminem appella. — quíd lasciuis, stólide? — non intéllegit. *uel:* hóminem appella. — quíd lasciuis, stólide? non intéllegis?
37 alii *om. cod. Salisb.* 39 rabere *Lambinus e codd., Muretus V. L. IX* 19 rapere *libri uulgares cum Erl. et Vind.* uisa es *Lambinus* uisa est *libri*

'Vbi illa tua pauló ánte sapiens uirginali' modéstia?

Cassandra

Máter, optumárum multo múlier melior múlierum,
Míssa sum supérstitiosis áriolatiónibus:
Námque Apollo fátis fandis démentem inuitám ciet.
Vírgines aequális uereor, pátris mei meum factúm pudét,
'Optumi uirí. Mea mater, tuí me miseret, meí piget:
'Optumam progéniem Priamo péperisti extra me: hóc dolet:
Mén obesse, illós prodesse, me óbstare, illos óbsequi!

* * *

'Adest, adest fax óbuoluta sánguine atque incéndio!
Múltos annos látuit: ciues, férte opem et restínguite!
Iámque mari magnó classis cita

latur, cum a corpore animus abstractus diuino instinctu concitatur: [39—47] O poema tenerum et moratum atque molle! Sed hoc minus ad rem. Illud, quod uolumus, expressum est, ut uaticinari furor uera soleat: [48. 49] Deus inclusus corpore humano iam, non Cassandra loquitur: [50—53]' Idem Orat. 46, 155 'itaque idem poeta, qui inusitatius contraxerat patris m. m. f. pudet pro: meorum factorum, et [51] pro: exitiorum, non dicit liberum . . . At ille alter in Chryse . . . Atqui dixit Attius . . .' Idem de diu. II 55, 112 'at multi saepe uera uaticinati, ut Cassandra: iamque mari magno. Eademque paulo post: eheu uidete.' Idem ad Att. VIII 11, 3 'προθεσπίζω igitur, non ariolans ut illa, cui ne-

40 ubi illa tua paulo ante sapiens *Reizius* '*Burmannum*' *etc. p.* 8 ubi illa paulo a. s. *libri* aut ubi illa paulo a. s. *Lachmannus in Lucr. I* 186 ubi paullo ante sapiens illa *Lambinus* uirginali *libri cf. Lachmannus l. l.* 41 optumarum *M. Hauptius Philol. II* 279, *Bergkius* optuma tum *libri* optumatum *Gulielmus* optima optimarum mater matrum mulier mulierum *Dobraeus Adu. II* 374 mulier melior missa *Vind.*, *erasa post* melior *uoce aliqua*, *cuius apparent apices*: is, *superscr. m. alt.* mulierum 42 ariolationibus *Vind.* hariolationibus *ceteri* 43 namque] neque me *libri* namque me *Hottingeriana*, *Bergkius* nam me *Nobbius* meque *Grotius apud Burmannum in Prop. III* 11, 63 44 uirgines aequalis uereor] uirgines uero aequales *libri*, *nisi quod* equalis *Erl.* uirg'nes uero aequales *G. Hermannus* uirgines aequales *Grotius* fatum *Grotius* 46 reperisti *Erl.* repperisti *Vind.* 47 men *Vind.* me *ceteri libri* med *Lambinus in mg. ed.* 1584 *Personarum sigla om. Erl. Vind.* 49 referte *Erl. Vind. edd. aliq. Orellii* 50 clausis *Vind.*

Téxitur: exitium éxamen rapit:
'Aduenit, et fera uéliuolantibus
Náuibus compleuít manus litora.

VII (inc. auct. 7)

eheú, uidete!
Iúdicabit inclutum iudícium inter deás tris aliquis:
Quó iudicio Lácedaemonia múlier, Furiarum úna,
aduenict.

VIII (8)

O lúx Troiae, germáne Hector!
. . . . . quid te ita contuó lacerato córpore,
Miser, aút qui te sic tráctauere nóbis respectántibus?

IX (7)

Nam máximo saltú superabit gráuidus armatís equus
. . . . . . qui suo partu árdua perdat Pérgama.

X (1)

. . . . amidio purus putus

mo credidit, sed coniectura prospiciens: iamque mari magno, -non multo, inquam, secus possum uaticinari, tanta malorum impendet Ἰλιάς.' Non. 112, 25 'fax pro face. Varro ... idem Sexagesi: adest fax inuoluta incendio.' cf. idem 328, 22. Ex tragoedia Varronem sua mutuatum esse intellexit Langius Vind. p. 48 VII Cicero de diu. I 50, 114 'furibunda mens uidet ante multo, quae sunt futura: quo de genere illa sunt...' cf. ibidem II 55, 112 (VI) VIII Macrobius Sat. VI 2 'Vergilius: o lux Dardaniae, spes o fidissima Teucrum, et reliqua. Ennius in Alexandro...' IX Macrobius Sat. VI 2 'Vergilius: cum fatalis equus saltu super ardua uenit Pergama, et armatum peditem grauis attulit aluo. Ennius in Alexandro...' X Festus p. 217 M. '[putum pro puro dixisse] antiquos —— neq. [aliter accepit Ennius cum dixit] in alexandr......... amidio purus put[us].' (cf. H. Keilius Mus. Rhen. 1848 p. 622) Gellius VI 5 'scriptum est autem purum putum ... tum in Q. quoque Ennii tragoedia, quae inscribitur Alexander.'

---

52 aduenict fera *Erl.* 53 nauibus] manibus *Erl.* compleuit *Erl. Vind.* complebit *cum libris plerisque Marsus*, *Bergkius* 55 iudicabit *M. Hauptius Philol. III* 547, *qui etiam numeros constituit* iudicauit *libri* inter de astris *Erl. Vind.* 57—59 *Anapaestos esse uoluit Vossius* 58 te ita contuo *Vossius* ita cum tuo *libri* 59 tractauere nobis respectantibus] respectantibus tractauere nobis *libri* 60 nunc *Par.*, *fortasse recte* grauibus armatis *Anglic. Par. Med. a b c* grauis armatus *Salisb.* *V.* 60 *sq. sic potius conformandi uidentur Bergkio*: nam maximo | Saltu superabit grauidus armatis equus, | Suo qui partu perdat Pergama ardua 62 Catami-

ANDROMACHA AECHMALOTIS

I (7)

. . . annos múltos longinque áb domo
Bellúm gerentes súmmum summa indústria.

II (1)

Andrómachae nomen qui índidit; recte índidit.

III (9)

. . . . sed quasi ferrum aút lapis
Durát, rarenter gémitum conatúr trahens.

IV (10)

Quíd fit? seditió tabetne, an números augificát suos?

V (11)

Nám neque iratí neque blandi quicquam sinceré sonunt.

VI (3)

'Acherunsia témpla alta Orci, sáncta, saluete, ínfera,
Pállida leti, obnúbila tenebris . . . . . loca!

Andromacha aechmalotis I Non. 402, 3 'summum, gloriosum, laudabile ... Ennius Andromaca haec malo ...' Idem 515, 14 'longinque et longiter pro longe. Accius Andromache eimalo...' (Andromachae eimala Bamb. Andromacha aechmalotide Rothius et his et ceteris locis) II Varro de L. L. VII 82 M. 'apud Ennium: Andromachae' e. q. s. 'item: [38] imitari dum uoluit Euripidem et ponere ἔτυμον, est lapsus: nam Euripides quod Graeca posuit, ἔτυμα sunt aperta. Ille ait, ideo nomen additum Andromachae, quod ἀνδρὶ μάχεται: hoc Ennii quis potest intellegere uiro aduersam significare: Andromachae' e. q. s. III Non. 515, 27 'rarenter ... Ennius Andromacha: sed' e. q. s. IV Non. 76, 1 'augificat, auget. Ennius Andromacha: quid fit' e. q. s. V Non. 505, 25 'sonunt ... Ennius Andromace ethemapotide ...' VI Varro de L. L. VII 6 M. 'in caelo templum dicitur, ut in Hecuba ... in terra, ut in Periboea ... sub

dio *Vossius* 66 quasi ferrum *Bamb. W* quasi aut ferrum *ceteri libri* 67 conatur trabem *libri* conatu trahens *Lipsius* conatur. Trabea *Palmerius Spicileg. ap. Grut. IV* 769 68 tabetne *Lipsius A. L. IV* 17 tabesne *libri* numeros *Aldina* numerus *libri* 69 quicquam *edd.* quiquam *libri* 70 Acherunsia *Reg. Gud. Ciceronis* Acherontia *ceteri libri* Acherusia *Varro* sancta saluete infera *om. Cicero* saluete infera *Varro* 71 leti onubila *Reg.* letio nubila *Gud.* leti nubila *Oxon. plerique* Lethes obnubila *Eliens. b* Lethaea obnubila *Vossius*

VII (2)

Nam ubi íntroducta est, púerumque, ut lauerént, locant
In clúpeo . . . .

VIII (3)

Rapit éx alto naues uéliuolas

IX (4)

Quíd petam praésidi aut éxequar? quóue nunc
Aúxilio aut éxili aút fugae fréta sim?
Arce et urbe órba sum. Quo áccidam? quo ápplicem?
Quoí nec arae pátriae domi stant, fráctae et disiectaé
iacent,
Fána flamma déflagrata, tósti alti stant párietes
Déformati atque ábiete crispa

* * *

O páter, o patria, o Príami domus,
Saeptum áltisono cardíne templum!

terra, ut in Andromacha [70].' Cicero Tusc. disp. I 21, 48 'quae est anus tam delira, quae timeat ista, quae uos uidelicet, si physica non didicissetis, timeretis [70. 71].' Huc Lucretium I 121 uideri respexisse animaduertit Columna VII Non. 504, 16 'lauere ... Ennius Andromacha: nam ubi' e. q. s. VIII Macrobius Sat. VI 5 (epitheta, quae apud Vergilium noua uidentur, uetustioribus quoque in usu fuisse) 'ueliuolum ... Ennius in quarto decimo ... idem in Andromache ...' Seruius in Aen. I 224 'Ennius: naues ueliuolas.' IX Cicero Tusc. disp. III 19, 44 'quaerendum igitur, quemadmodum aegritudine priuemus eum, qui ita dicat. pol mihi fortuna ... Ecce tibi ex altera parte ab eodem poeta [89]. Huic subuenire debemus; quaerit enim auxilium [75—80]. Scitis quae sequantur, et illa in primis [81—85]. O poetam egregium! quamquam ab his cantoribus Euphorionis contemnitur. Sentit omnia repentina et necopinata esse grauiora. Exaggeratis igitur regiis opibus, quae uidebantur sempiternae fore, quid adiungit? [86—88] Praeclarum carmen! est

---

72 lauarent *Bamb.* 73 cypeo *Leid. Bamb.* cipeo *celeri libri* clypeo *Aldina* 75—88 *Numeros constituit Bentleius* 75 praesidii *Gud.* exequi *Gud.* 76 auxilio exili *Reg. Pith. Bern. cum celeris Orellii, Bentleius* a. exilii *Gud.* auxilio, *om.* exili, *cdd. aliq.* aut auxilio exili *G. Hermannus Elem. d. m. p.* 205 *Epit. p.* 81 fugae *unus Oxon., Bentleius* fuga *celeri libri* fugai *Bergkius de carm. Sal. p. XI, qui senarium proposuit* 77 accidam *Bern. b corr. Reg. sec. Tregderum* accedam *Gud. Pith. teste Halmio, Reg. ex coll. Gudiana et Krarupiana cum celeris, Bentleius* 78 patri' *Bentleius* 79 alii *Reg. Pith. Gud.* 80 abiecte *Gud.* abjete *Bergkius Ephem. Marb.* 1851 *p.* 220. *Sed cf. Lachmannus in Lucr. II* 991

Vidi égo te astante ope bárbarica
Tectís caelatis lácuatis,
Auro ébore instructam régifice.
Haec ómnia uidi inflámmari,
Priamó ui uitam euítari,
Iouis áram sanguine túrpari.

X (Hecub. 13)

Ex ópibus summis ópis egens, Hectór, tuae.

XI (6)

Quantís cum aerumnis íllum exanclauí diem!

XII (4)

Vidí, uidere quód sum passa aegérrume,

enim et rebus et uerbis et modis lugubre.' Idem de orat. III 47, 183 'paeon ... par fere cretico, qui est ex longa et breui et longa, ut [75]' laudata illa Rufino de metr. p. 2716 P. Cicero de orat. III 26, 101 (postquam de Roscio dictum est) 'quid? ille alter: quid petam praesidi? quam leniter, quam remisse, quam non actuose! instat enim [81]: in quo tanta commoueri actio non posset, si esset consumpta superiore motu et exhausta'. Idem Orat. 27, 93 'alio modo transtulit cum dixit Ennius arce et urbe orba sum, alio modo, si pro patria arcem dixisset.' Idem de orat. III 58, 217 'aliud' (uocis genus sibi sumit) 'miseratio ac maeror: flexibile, plenum, interruptum, flebili uoce ... et illa [81] et quae sequuntur [86. 87].' Idem Tusc. disp. I 35, 85 'Priamum ... hostilis manus interemit. Hic si uiuis filiis incolumi regno occidisset astante ope barbarica [84], utrum tandem a bonis an a malis discessisset? Tum profecto uideretur a bonis. At certe ei melius euenisset, nec tam flebiliter illa canerentur [86—88].' Seruius in Aen. I 725 'legitur et lacuaribus. Cicero Tusculanarum [84].' Cicero Tusc. disp. III 22, 53 'hi poterant omnes eadem illa de' (quae Dobraeus Aduers. II 373) 'Andromacha deplorare: haec omnia uidi, sed iam decantauerant fortasse.' Non. 181, 1 'turpari, a turpitudine. Cicero Tusculanarum lib. IIII [88]' Praeterea quid sit quod apud Ciceronem in Sestiana 57, 121 uerba o pater et u. 86 hinc uideantur desumpta esse, significaui in Quaest. Scen., ubi de Attii Eurysace dixi. Tacitum Annal. XIII 15 hoc carmen intellegere animaduertit Columna X Cicero Tusc. disp. III 19, 44 (cf. IX) XI Non. 292, 8 'exanclare etiam significat perpeti. Ennius Andromache malo torquentis cum' e. q. s. (torquantis Geneu. Andromache molotto: quantis Mercerus Andr. aechmalotide: quantis Rothius) XII Cicero Tusc. disp. I 44, 105 'trahit Hectorem ... Achilles...

81—88 *Liberiores anapaestos agnouit G. Hermannus Elem. d. m. p.* 389 83 adstantem *Reg. Pith. Gud.* 84 celatis *Reg. Gud.* lacualis *Seruius* laqueatis *Ciceronis libri* 85 instructum *Vrsini ms.* regificem *Reg. Pith. Gud.* 91 quod sum passa *Vind. a Duisb., Dauisius* quod me passa *Reg. Pith. Gud. cum ceteris*

Hectórem curru quádriiugo raptárier,
Hectóris natum dé muro iactárier.

XIII (5)

Festus p. 298 M. '[Summu]ssi dicebantur [murmuratores] . . Naeuius — Ennius in sexto — [Enniu]s in Andromacha: di[cere] . . . . [no]n est: nam mussare si . . . . .'

ANDROMEDA

I (Andromach. 12)

. . . . quae cáua caeli
Signítenentibus confícis bigis!

II (1)

Líberum quaesúndum causa fámiliae matrém tuae

III (5)

. . . . fíliis proptér te obiecta sum ínnocens
Nérei.

IV (4)

Serúpeo inuestíta saxo, atque óstreis squamaé scabrent.

V (7)

Córpus contemplátur, unde córporaret uúlnere.

At illa sicut acerbissimam rem maeret: [91. 92] quem Hectorem? aut quam diu ille erit Hector? Melius Accius . . .' Varro de L. L. X 70 M. 'non modo poetae, sed etiam plerique ac primo omnis, qui soluta oratione loquuntur, dicebant, ut quaestorem, praetorem, sic Hectorem, Nestorem. Itaque Ennius ait [93].' Vtrumque locum coniunxit Scaliger

Andromeda I Varro de L. L. V 19 M. 'a Chao choum, hinc cauum et hinc caelum . . . . itaque dicit Andromeda nocti: quae' e. q. s. — 'et Agamemnon . . . . et Ennius item ad cauationem . . .' (Andromeda Scaliger Andromada Par. b Andromacha Flor. 'ut uid.' Androma Goth. Haun. Par. a et c) II Festus p. 258 M. 'quaesere ponitur ab antiquis pro quaerere, ut est apud Ennium — — et in Andromedoa . . .' III Priscianus VII p. 733 P. (I p. 297 K.) 'filiabus, deabus, equabus . . . Et filiis tamen in eodem genere dictum est. Ennius in Andromeda . . . id est filiabus.' IV Non. 169, 21 'scapres pro scabres.' Festus p. 333 M. '[scrupi dicuntur aspera] saxa et difficili[a attrectatu, rupesque nauigato]ri insuetae, aut . . . . lere. Ennius in An[drome-

---

92 curro *Reg. Gud.* 93 de Troiano muro *libri. Glossema eiecit Scaliger* iactarier *Scaliger* iactari *libri* 97 liberum quaesendum *uulgo* liberum quae secundum *cod. teste H. Keilio Mus. Rhen.* 1848 *p.* 623 100 serepeo *Leid.* inuestitae *Bothius* saxa *cod. Festi* squa-

VI (2)

. . . circúm sese uruat ád pedes, terra óccultit
Cáput.

VII (6)

. . . . . rúsus prosus réciprocat fluctús feram.

VIII (3)

. . . . . . alia flúctus differt, díssupat
Vísceratim mémbra, maria sálsa spumant sánguine.

ATHAMAS

His érat in ore Brómius, his Bacchús pater,
Illís Lyaeus uítis inuentór sacrae;
Tum páriter euhan eúhoe euhoe eúhius
Ignótus iuuenum coétus alterná uice
Inibat alacris, Bácchico exultáns modo.

da. . . . . tita saxa atque hos. . . . .' V Non. 20, 23 'corporare est interficere et quasi corpus solum sine anima relinquere.' VI Festus p. 375 M. 'uruat, Ennius in Andromeda, significat circundat — — ait autem: circum' e. q. s. VII Non. 165, 11 'riscus, loca in parietibus angusta. Terentius . . .' (deinde excidisse de u. reciprocare lemma coniecit Junius) 'Ennius Andromeda . . .' Idem 385, 1 'rursus, retro. . . Ennius Andromeda. . .' VIII Non. 183, 17 'uisceratim.' (per uiscera addit Bamb., ubi comma ipsum deest, ut plerumque in his partibus)

Athamas Charisius p. 214 P. (144 L.) 'euhoe. Maro septimo: euhoe Bacche fremens, solum te uirgine dignum Vociferans. Ennius in Athamante: his erat' e. q. s.

---

mae scaprent *Mercerus* quam excrabrent *libri* 102 occulit *Vossius* occ . . . *cod.* occultans *Salmasius Exerc. Plin. p.* 576, 2 occultat *A. Augustinus in mg.* circum se uruat ad pedes, ter ac quater ingens occulit Caput *Vossius* c. sese uruat, ad p. fert occultans c. *Salmasius* c. sese uruat, adpetens terram, occulit Caput *Bothius* 104 rusus *Palmerius Spicileg. ap. Grut. IV* 770 riscus *W p.* 165, *etiam in Leid.* i *superscr. pro* ur, *ut sit* risus: rursus *ceteri* prosus *Palmerius* porsus *W p.* 385 prorsus *ceteri* fructus *libri p.* 165 fera *Bergkius Mus. Rhen.* 1835 *p.* 70, *fortasse recte* 106 salso *Bergkius l. l.*

107 his erat *Fabr.* is erat *cod. ed. pr.* 108 Lyaeus *ed. pr.* Lisaeus *cod.* 109 Euan, euhoe, euhoe, Euius *Fabr.* euhan eubium *cod.* Euan Euius *ed. pr.* evan évoë! conclámitans *Albertus Langius Quaest. metr. p.* 16 *De aspiratione cf. Lachmannus in Lucr. V* 743 111 exsultans *ed. pr.* exsultas *cod.*

CRESPHONTES

I (3)

. . inter se sórtiunt urbem átque agros.

II (1)

Audi átque auditis hóstimentum adiúngito.

III (7)

Iniúria abs te affícior indigná, pater.
Nam si ínprobum esse Cresphóntem existimáueras,
Cur me huíc locabas núptiis? Sin ést probus,
Cur tálem inuitam inuítum cogis línquere?

Pater

Duxí probum:
Erráui, post cognóui, et fugio cógnitum.

Cresphontes I Non. 471, 9 'sortiunt.' II Festus p. 270 M. 'redhostire — — nam et hostire pro aequare posuerunt. Ennius in Cresphonte ...' III Rhet. ad Herenn. II 24, 38 'utuntur igitur studiosi in confirmanda ratione duplici conclusione, hoc modo [114—117]. Quae hoc modo concludentur, aut ex contrario conuertentur aut ex simplici parte reprehendentur. Ex contrario hoc modo:

Nulla te indigna, o nata, afficio iniuria:
Si probus est, bene locaui: sin est inprobus,
Diuortio te liberabo incommodis.'

(In quae scripturae discrepantiae hae sunt: 1 o om. Par. Erf. iniuria afficio Bamb. b 2 es Erf. bene locaui Aldina locaui Bamb. b conlocaui Par. collocaui Bamb. a Fris. Tross. Tur. sin es Erf. sin autem est Fris. Tur. sin aut Tross. 3 diuortii Erf. te libero Erf. libero te Par. Bamb. a Fris. liberabo te Bamb. b Tross. Tur. ab incommodis Tross.) 'Ex simplici parte reprehendentur, si ex duplici conclusione alterutra pars diluetur, hoc modo: Nam si inprobum ... nuptiis? — Duxi probum [119]. Ergo reprehensio huiusmodi conclusionis duplex est: acutior illa superior, facilior haec posterior ad excogitandum.' Immerito tres illos uersus: Nulla e. q. s.

---

112 an inter se *libri. Glossa* '*sortirent*' *p.* 471, 4 *finitur his Varronis uerbis:* inter se sortiant, *deinde interiectus legitur titulus* '*moderant*'. an inter sese *Vossius* 113 audi *Scaliger* audis *cod.* 114 indigne *Bamb. a Fris.* 115 esse *om. editiones* Chresphontem *Bamb. b Tross. Tur. Erf.* Chresponthem *Par. Bamb. a Fris.* Threspontem *Bamb. b altero loco* existimabas *Bamb. b Tross. Tur.* existimas *Par. Bamb. a Fris. Erf., et altero loco Tross.* 116 huius *Fris. Tur. et corr. Par.* locasti *Tur.* sine. si probus *Erf.* 117 liquere *Par. m. pr.* relinquere *Fris. Tross. Tur. et corr. Par.* 119 fugio nunc cognitum *Bamb. b Tross.*

IV (2)

Duxit me uxorem líberorum sibi quaesendum grátia.

V (5)

'Ego meae cum uitae parcam, létum inimico déprecor.

VI (8)

Cresphontes

'Eho tu, di, quibus ést potestas mótus superum atque ínferum,
Pácem inter sesé conciliant, cónferunt concórdiam.'

VII (4)

*o pie eam secum . . . . . áduocant,
. . . . . eunt ad fóntem, nitidant córpora

VIII (6)

Neque térram injcere néque cruenta cónuestire córpora

pro Ennianis habuérunt IV Festus p. 258 M. 'quaesere ponitur ab antiquis pro quaerere, ut est apud Ennium — et in Chresponte . . .' V Gellius VI 16 'deprecor . . . significat abigo et amolior, uel prece adhibita uel quo alio modo. Item Ennius in Cresphonte . . .' VI Rhet. ad Herenn. II 25, 39 'item uitiosum est, cum id pro certo sumitur, quasi inter omnes constet, quod etiam nunc in controuersia est, hoc modo: eho' e. q. s. 'Nam ita pro suo iure hoc exemplo usum Cresphontem Ennius induxit, quasi iam satis certis rationibus ita esse demonstrasset.' (Thesprotum Par. Bamb. a Erf. Threspontem Bamb. b) Cicero de inu. I 49, 91 'controuersum est, in quo ad dubium demonstrandum dubia causa affertur, hoc modo: eho' e. q. s. VII Non. 144, 14 'nitidant, abluunt, dictum a nitore. Ennius Cresponte . . .' VIII Macrobius Sat. VI

---

120 duxit *Scriuerius* ducit *cod.* 121 meae cum *Bothius* cum meae *libri* depcer *Vat.* 122 eho tu di (*uel* dii) quibus est *priore loco Fris. Tross. Tur., altero omnes* studiis esse *Par. m. pr.* studii quibus est *Erf.* nihil studii esse *Bamb. a* nil tu dii esse *Par. corr.* potestas motus *priore loco Tur., altero omnes* potestas *Fris.* potestas aut motus *Tross.* potest aut motum *Par. m. pr. Erf.* potest aut motus *Par. corr. Bamb. a* 123 pacem inter *priore loco Bamb. b Tross. Tur. Fris. m. pr., altero omnes* pacem enim inter *Par. Bamb. a Erf. Fris. corr., quod potest uerum esse* se *Bamb. b Fris.* 125 fontem *edd.* fortem *libri* *Fortasse:* eunt ad fontem, nitidant corpora, [Hostiamque] opimam [sistunt, deos] secum [ut sint] aduocant; *uel:* eunt ad f. n. c. | . . . . . [praesentiam] ópiferam deorum aduocant 126 conuertere *Anglic.* corpora Mihi *Bothius* mihi corpora *exemplaria*

Mihi licuit, nec miseraé lauere lácrimae salsum sán-
guinem.

ERECHTHEVS

I (1)

Quibus nunc aerumna meá libertatém paro,
Quibus séruitutem meá miseria déprecor.

II (3)

Lápideo sunt córde multi, quós non miseret néminis.

III (2)

'Arma rigent, horréscunt tela.

EVMENIDES

I (2)

Ita sápere opino esse óptumum, ut pro uíribus
Tacére ac fabulári tute nóueris.

2 'Vergilius: nec te tua funera mater Produxi pressiue oculos aut uulnera laui. Ennius in Ctesiphonte ...' (Cressiphoute Anglic. Med. a Salisb.)

Erechtheus I Non. 290, 17 'deprecor, amolior, depello, propulso ... Ennius Eripiteo...' (Erepiteo Leid. Geneu. Erechtheo cod. Vrsini. Muretus V. L. XIII 19) Gellius VI 16 'Q. Ennius in Erechtheo non longe secus dixit quam Catullus. Quibus nunc, inquit, aerumna' e. q. s. 'significat abigo et amolior, uel prece adhibita uel quo alio modo.' II Festus p. 162 M. 'neminis — — [Ennius] Erectheo': (teste H. Keilio Mus. Rhen. 1848 p. 621 Erechtheo uulgo) 'lapideo' e. q. s. Paulus p. 163 M. 'neminis genetiuo casu Cato usus est, cum dixit: sunt multi corde' e. q. s. III Macrobius Saturn. VI 4 'tum ferreus hastis Horret ager. horret mire se habet; sed et Ennius ... et in Erechtheo ...'

Eumenides I Non. 475, 1 'opino pro opinor ... Pacuuius Chryse: iuueni opino esse optumum, Orestes ut heres sed tamen. Ennius Eumenidibus: tacere opino esse optumum' e. q. s. (Orestes ... optumum om.

---

127 Licuit mihi miserae nec lauere lacrimis salsis s. *Vossius*, *probauit* 'lacrymis salsis' *Bentleius ad Cic. Tusc. I* 16 128 cui nunc *Nonius* erumna *Nonius* erumpna *Vat. Gellii* libertate para *Nonius* 129 meam *Nonius* 130 corde multi *Festus* multi corde *Paulus* 131 rigent *Aldina* argunt *Anglic.* arrigunt *celeri libri* 132 ita *om. libri* 132 *sq.* tacere opino esse optumum et pro uiribus sapere atque *libri* tacere opino esse optumum ut pro uiribus Sapere atque *Scaliger Coni. p.* 69 tacere opino esse optumum pro uiribus Ni sapere ac '*uir summus*' *apud Vossium* tacere opino esse optumum aut pro uiribus Sapere atque *Albertus Langius Quaest. metr. p.* 18 sapere esse opinor optimum pro uiribus: Tacere ac *Bothius* 133 fabularitate *Bamb.*

II (4)

Nísi patrem matérno sanguine éxanclando ulcíscerem.

III (3)

Id egó aécum fecisse éxpedibo atque éloquar.

IV (5)

Dicó uicisse Orésten: uos facéssite!

HECTORIS LVSTRA

I (17)

nos quiéscere
Aéquom est? nomus ámbo Vlixem . . . .

II (5)

Hectór ui summa armátos educit foras,
Castrísque castra adúltera inferre óccupat.

III (2)

at ego, ómnipotens,
Téd exposco, ut hóc consilium Achíuis auxilí fuat.

IV (4. 11)

Quid hóc hic clamóris, quid hóc hic tumúlti est?
Nomén qui usurpát meum? quid ín castris strépiti est?

Bamb.) II Non. 292, 15 'exanclare, effundere.' III Non. 505, 8 'expedibo pro expediam. Pacuuius ... expedibo, Accius Nyctegresia: cuncta expedibo ... Ennius Eumenidibus: id ego e. q. s. IV Non. 306, 28 'facessere significat recedere.'

Hectoris lustra I Diomedes I p. 382 P. (ueteres) 'nomus dicunt ... ita ut Ennius in Lustris ...' II Non. 355, 15 'occupare est proprie praeuenire. Ennius Haectoris listris ...' III Non. 111, 15 'fuam, sim uel fiam ... Ennius Haectoris lytris ...' (Haectoris listris W) IV Non. 489, 27 'tumulti. Ennius Haectoris lystris:'

---

135 aecum accius fecisse *libri* aecum ac ius fuisse *Gulielmus in Capt. c.* 5 eloquor *W* 136 Orestem: uos facessite *Bothius* Oresten uos ab hoc facessit *libri* Oresten: hinc facessite *uel* Orestem: hinc uos facessite *Vossius*, *praeeunte Mercero* facessite. *Possis etiam:* Ego dico uicisse Oresten: uós ab hoc facéssite 138 *Interrogandi signum uulgo deest* nomus] *cf. Lachmannus in Lucr. V* 396 139 Hector ui *Mercerus* Hectore *Bas.* Haector ei *ceteri libri* inducit *Bas.* foras *Mercerus* in foras *libri* 140 adultera inferre] ultro iam fere *libri*, *nisi quod* ferre *Bas. Leid. Geneu.* ultro inferre *Mercerus* 141 at ego] a ego *Leid.* ast ego *Bergkius*, *qui pentametrum trochaicum commendat. An:* omnipoténs pater? 142 ted *Bothius* te *libri* auxilii *libri* auxilio *Vossius* 143 quid hoc hic tumulti est *G. Hermannus El. d. m.*

V (12)

Saéuiter fortúnam ferro cérnunt de uictória.

VI (7)

'Ecce autem calígó oborta est, ómnem prospectum ábstulit.

* * *

. . . . dérepente cóntulit sese ín pedes.

VII (6)

Quí cupiant dare árma Achilli, cúnctent . . . . .

VIII (13)

Quaé mea comminús machaera atque hásta hostibit é manu.

IX (3)

Aés sonit, frangúntur hastae, térra sudat sánguine.

X (10)

Cónstitit cretó Scamander, árbores uentó uagant.

(sic W, ceteri lytris, sed in Leid. s superscr.) 'quid hoc . . . meum.' Non. 490, 7 'strepiti pro strepitus. Ennius Hectoris lystris: quid in castris strepiti est?' (Haectoris lytris Bamb.) Vtrumque locum coniunxit G. Hermannus Elem. d. m. p. 295 V Non. 511, 8 'saeuiter pro saeue . . . Ennius Hectoris lystris . . .' (Haectoris Bamb.) VI Non. 518, 18 'derepente . . . Ennius Hectoris lystris . . .' (Haectoris Bamb.) VII Non. 469, 25 'cunctant pro cunctantur. Accius . . . Ennius Ambracia: bene mones: tute ipse cunctato, uide fortem uirum. Idem Hectoris lytris . . .' (Haectoris Bamb.) VIII Festus p. 270 M. 'redhostire — nam et hostire pro aequare posuerunt. Ennius in Cresphonte . . . et innectoris lyris . . .' (corr. Vrsinus) IX Non. 504, 32 'sonit pro sonat . . . Ennius Haectoris lystris . . .' X Non. 467, 31 'uagas pro uagaris . . . Ennius Hectoris lytris . . .' (Hectoris lystris W, etiam in Leid. s superscr. Haectoris li-

---

p. 295, *qui baccheos agnouit* quid tumulti est *libri plerique* qui tumulti est *Bamb.* 145 fortuna *libri* fortuna ferri *Columna*. 146 oborta *Bamb.* aborta *ceteri libri* 147 se sese *W* pede *Bamb.* 148 cupiunt *maluit Bothius* cunctent] ut ipse cunctent *libri* ut ipsi c. *Junius. Cogitandum uelut:* pugnam obbitere 149 quae *Vrsinus* que *cod.* comminus *cod. teste H. Keilio l. l. p.* 624 cominus *uulgo* hostibit e manu *Schoellius* hospius manu *cod.* hostiuit e manu *Scaliger* hostiuit emanus *O. Muellerus* 150 aes *N. Faber* et *libri* haste terrae *Bamb.* 151 constitit] confluit *ms. Fabri* creto] credo *libri* sanguine *intellegendum est* arboris *libri* uacant *Columna*

XI (15)

sublímiter
Quádrupedantes . . . .
. . . . flámmam halitántes

XII (9)

. . . . ínferum uastós specus

XIII (14)

Addúcit quadrupedem ínuictam indomitam íniugem,
Quoiús tenacia uálida infrenarí nequit.

XIV (8)

. . . . . . per uos ét uostrum imperium ét fidem
['Obsecro, mei,] Mýrmidonum uígiles, commiseréscite!

XV (1)

Mélius est uirtúte ius: nam saépe uirtutém mali
Nánciscuntur: iús atque aecum se á malis spernít procul.

ıris Bamb.) XI Diomedes I p. 336 P. 'halare et halitare. Ennius in Lustris . . .' XII Non. 222, 33 'specus genere masculino. Ennius Lytris . . .' XIII Non. 407, 22 'tenacia est perseuerantia et duritia. Ennius Haectoris listris . . .' (lystris Bamb.) XIV Non. 472, 27 'conmiserescimus . . . Ennius Hectoris lystris . . .' (commiserescimus Bamb. Haectori listris Bamb.) XV Non. 399, 8 'spernere rursum segregare. Ennius Haectoris lytris . . .' (listris W)

---

152 sublimiter *Scriuerius* sublime iter *libri* 156 *sq. Hi uersus in libris sic leguntur:* ducet quadrupedum iugo inuitam doma infrena et iuge ualida quorum tenacia (frenatia *Bamb.*) infrenari minis, *a quibus cod. Vrsini in his discrepat:* quadrupedem iugo inuitam indomitam freno ualida quoius tenacia infrenari nimis. '*Vaticano codice adiutus*' *Lipsius A. L. V* 14 *scribendum putat:* duce quadrupedem iugo inuitum, doma infrenum et iunge ualide: equorum tenacia infrenari minis nequit 158 *Pentametrum trochaicum statuit Bergkius* per uos *Palmerius Spicileg. ap. Grut. IV* 787 seruos *libri plerique* useruos *Bamb.* et urorũ *Bamb.* 159 obsecro, mei *om. libri* cõmiserescite *Bamb.* commiserescite *ceteri libri* 160 *sq. Versus quadratos agnouit et emendauit Fruterius Epist. philol. ap. Grut. V* 385 *Veris. I* 4 *ibid. II* 813 160 ius *Gulielmus Veris. III* 3, *Fruterius*, *Scaliger ad Varr. de re r. II p.* 74 eius *libri* 161 nascuntur *W* ecum *libri* aequum *uulgo*

HECVBA

I (9)

. . . . undantém salum

II (1)

O mágna templa caélitum, commíxta stellis spléndidis!

III (3)

Heú me miseram! intérii: pergunt láuere sanguen sánguine.

IV (7)

Haéc tu étsi peruórse dices, fácile Achiuos fléxeris:
Nám opulenti cúm locuntur páriter atque ignóbiles,
'Eadem dicta eadémque oratio aéqua non aequé ualet.

V (6)

. . . . . miseréte anuis:
Date férrum, qui me animá priuem!

VI (10)

Senéx sum: utinam mortem óppetam, priusquam éuenat,
Quod ín pauperie meá senex grauitér gemam!

Hecuba I Non. 223, 23 'salum ... masculini Ennius Hecuba ...' II Varro de L. L. VII 6 M. 'in caelo templum dicitur, ut in Hecuba ...' III Non. 224, 6 'sanguis ... neutro.' Idem 466, 26 'lauare ... uetustatis auctoritas posuit etiam polluere ...' (Eucuba Bamb.) Idem 504, 6 'lauere inde tractum est: Ennius Telamone ... idem Hecuba ...' (Haecuba Bamb.) IV Gellius XI 4 'Euripidis uersus sunt in Hecuba, uerbis sententia breuitate insignes illustresque. Hecuba est ad Vlixem dicens τὸ δ' ἀξίωμα' e. q. s. [293—295] 'Hos uersus Q. Ennius, cum eam tragoediam uerteret, non sane incommode aemulatus est. Versus totidem Enniani hi sunt: haec' e. q. s. 'Bene, sicuti dixi, Ennius: sed tamen ignobiles ἀντὶ ἀδοξούντων et opulenti ἀντὶ δοκούντων satisfacere sententiae non uidetur: nam neque omnes ignobiles ἀδοξοῦσι neque omnes opulenti ἐνδοξοῦσι.' V Non. 474, 30 'miserete. Ennius Ecuba ...' VI Non. 494, 1 'pauperies pro paupertate.' Idem 507,

---

164 eheu *Leid. p.* 224 eu *W p.* 466 hei *G. Hermannus* miserum *libri p.* 504 *Bamb. p.* 466 labere *libri p.* 224 sanguen sanguinem *W Bamb. p.* 504 sanguinem sanguine *Leid. ibidem* 165 tu etsi *Reg.* tu ꟼ si *Bern. Magliabecch.* tua et si *Laur.* tametsi *Bothius* 166 cum opulenti *Grut.* locuntur *Franeq. Bern.* loquuntur *uulgo* 167 oratio *om. Grut.* 168 anuis *Scaliger Coni. p.* 140 manus *libri* 170 utinam moriar mortem oppetam *libri p.* 494, *nisi quod* oppoetam *Bamb.* eueniat *libri p.* 494 171 in pauperiem senex *Bamb. p.* 494

VII (5)

Vide húnc, meae in quem lácrumae guttatím cadunt.

VIII (2)

Set númquam scripstis, quí parentem aut hóspitem
Necásset, quo quis crúciatu perbíteret.

IX (8)

Quaé tibi in concubió uerecunde ét modice morém gerit.

X (4)

Iúppiter tibi súmme tandem mále re gesta grátulor.

XI (Pac. inc. 41)

Seruius in Aen. VII 320 'Cisseis: regina Hecuba filia secundum Euripidem [Hec. 3] Cissei, quem Ennius, Pacuuius et Vergilius sequuntur.'

IPHIGENIA

I (1)

Agamemno

Quid nóctis uidetur in áltisono
Caelí clipeo?

Senex

Temó superat

18 'euenat pro eueniat.' (Haecuba Bamb.) VII Non. 115, 33 'guttatim ... Ennius Haecuba ...' VIII Non. 153, 28 'peruitere, perire .... Ennius Hecuba ...' IX Non. 342, 25 'modicum ueteres moderatum et commodo dici uolunt ... Ennius Hecuba ...' X Non. 116, 28 'gratulari, gratias agere.'

Iphigenia I Varro de L. L. VII 73 M. 'Quid noctis' e. q. s. [177—180] 'Hic multam noctem ostendere uolt a temonis motu.' Idem de L. L. V 19 M. 'itaque dicit Andromacha nocti ... et Agamemnon: in altisono caeli clipeo, cauum enim clipeum.' Festus p. 339 M. '[septentriones] — — [reliquos axem dixerunt,] quod id astrum Grae[ci ἅμαξαν dicunt, idque habet] partem quan[dam temonis specie, unde ait] Ennius: supera[t ....' Appuleius de deo Socr. c. 2 p. 121 Oud. 'suspicientes in hoc

172 hunc *Mercerus* hinc *libri* quem *Mercerus* quam *libri* 173 scripstis *G. Hermannus* scripsistis *libri* qui *Junius* quis *libri* 174 necasset *Junius* necassat *libri* quo quis *Junius* quos quis *libri* quo is *Lipsius* cruciatu *Junius* cruciatur *libri* 175 in cubio *Basil.* 178 temo superat *Varro* supera[t temo] *Festus*

Cogéns sublime etiam átque etiam
Noctís iter.

II (2)

Agamemno

Procéde: gradum proférre pedum
Nitére: cessas, o fíde senex?

III (4)

Chorus

'Otio qui néscit uti, plús negoti habet,
Quám [ille,] qui est negótiosus [árduo] in negótio.
Nám cui quod agat ínstitutumst, núllo [quasi] negótio
'Id agit, íd studét, ibi mentem atque ánimum delectát suum.
'Otioso in ótio animus néscit quid uelit.

perfectissimo mundi, ut ait Ennius, clipeo.' II Festus p. 249 M. 'pedum est quidem baculum incuruum, quo pastores utuntur — — — sed in eo uersu, qui est in Iphigenia Enni: procede g. p. p. n. cessas? id ipsum baculum significari cum ait Verrius, mirari satis non possum, cum sit ordo talis, et per eum significatio aperta, gradum proferre pedum cessas? nitere.' (cf. H. Keilius l. l. p. 623) Schol. Veron. in Verg. Ecl. 5, 88 p. 72 Keil. 'pedum ... est baculum recuruum, quo pastores utuntur ... ut ait Ennius in Ifigenia: gradum' e. q. s. III Gellius XIX 10 'admonuit in tragoedia quoque Enni, quae Iphigenia inscripta est' (uocabulum praeterpropter) 'scriptum esse ..... in eius tragoediae choro inscriptos esse hos uersus legimus: otio' e. q. s.

---

179 *sq. Dedi secundum Hermannum in Eur. Iph. Aul.* 8, *qui etiam personas primus recte distinxit.* stellas sublime cogens (agens *Goth. Par. a et b*) etiam *libri* st. cogens sublime etiam *Scaliger* st. subl. etiam cogens *O. Muellerus* 180 noctuis itiner *Boeckhius Gr. trag. princ. p.* 279 181 *sq.* pedum, Nitere, cessas? *Hermannus in l. l.* 138 182 o fide senex *Bergkius Ind. lect. Marb. aest.* 1844 *p. XII* o fide . . . *Schol. Veron., om. Festus* 183 *Dimidio truncatum uersum significauit Hermannus in l. l.* 818 *alterum incipiens his:* Plus negoti 184 quam cum est negotium in negotio *libri, Hermannus* quam cui est n. in nullo negotio *Bergkius l. l. p. XIV* otii minus quam cum est n. in n. *uel:* quam cum quis negotioso fuerit in negotio *Vossius* 185 *In ras., sed a pr. m., Voss.* nullo negotio *uulgo* in illo negotio *Voss. maior* in illo negotium *Franeq.* in illis negotiū *Voss. minor* is nullo negotio *Vossius* non ullo n. *Hermannus* is negotium *Bergkius* 186 agitat *Voss., Hermannus* id *alterum omittunt libri* id agit, studet id, mentem *qui malit, futurum esse suspicatur Bergkius* 187 nescit quid factum (*uel* quidem) uelit *Vossius* homi-

Híc itidem est: enim néque domi nunc nós nec militiaé sumus:
'Imus huc, hinc ílluc: cum illuc uéntum est, ire illínc lubet:
'Incerte errat ánimus, praeter própter uitam uíuitur.

IV (Att. Atr. 17)

Agamemno

Quís homo te exuperáuit umquam géntium inpudéntia?

Menelaus

Quís tete autem málitia?

V (5)

Agamemno

Ménelaus me obiúrgat? id meis rébus regimen réstitat.

VI (6)

Agamemno

'Ego proiector, quód tu peccas: tú delinquis, ego árguor?

IV Cicero Tusc. disp. IV 36, 77 'ira ... cuius impulsu existit etiam inter fratres tale iurgium: quis homo' e. q. s. 'Nosti quae sequuntur: alternis enim uersibus intorquentur inter fratres grauissimae contumeliae, ut facile appareat Atrei filios esse.' Huc reuocauit Duentzerus Mus. Rhen. 1837 p. 444 sq. et Bergkius l. l. p. XII cf. Dobraeus Adu. II 373 V Rufinianus de fig. sent. et eloc. § 11 p. 205 Ruhnk. 'aganactesis, indignatio, quae fit maxime pronuntiatione. Ennius in Iphigenia ...' VI Idem § 37 p. 222 Ruhnk. 'syncrisis siue

---

nis nescit quid uelit *Hermannus* 188 hic itidem] hoc idem *libri* hoc hac itidem *Bothius* enim neque *Grut. m. alt.* em neque *Grut. m. pr. Voss. minor Franeq. Magl.* neque *Voss. maior* nam neque *Hermannus* hem, neque *Bergkius* 190 uita *Salmasius ad Solin. p.* 879 *Quibus quinque priores uersus* 183—187 *dimensus est Bergkius numeros duobus retinui* 183 *et* 187 191 qui homo *Bentleius* usquam *Oxon. aliq., Bentleius* 192 quis autem malitia te *libri* quis item m. te *Fleckeisenus* qui autem m. te *Bentleius* quis te autem m. *Bouherius* 193 restitat *Bentleius Epist. ad Millium p.* 43 restat *exemplaria* 194 ut ego plectar *Bentleius l. l. praeeunte* plector *Pithoeo* arguar *Bentleius* arguor? Pro *Berg-*

Pró malefactis Hélena redeat, uírgo pereat ínnocens?
Túa reconciliétur uxor, méa necetur fília?

VII (7)

Plebés in hoc regi ántestat locó: licet
Lacrumáre plebi, régi honeste nón licet.

VIII (inc. poet. 20)

Achilles

'Astrologorum sígna in caelo quaésit, obseruát, Iouis
Cúm capra aut nepa aút exoritur lúmen aliquod béluae.
Quód est ante pedes, némo spectat: caéli scrutantúr plagas.

IX (3)

Iphigenia

'Acherontem núnc obibo, ubi mórtis thesauri óbiacent.

X (8)

. . . . quaé nunc abs te uíduae et uastae uírgines sunt.

antithesis, comparatio rerum atque personarum inter se contrariarum, ut: ego' e. q. s. Huc retulit Columna VII Hieronymus Epitaph. Nepotiani 'prudenterque Ennius Plebes, ait, in hoc' e. q. s. Huc retulit Columna
VIII Cicero de rep. I 18, 30 'illa de Iphigenia Achillis: astrologorum' e. q. s. Idem de diu. II 13, 30 'physicus, quo genere nihil arrogantius [201]'
IX Festus p. 201 M. 'ob praepositione antiquos usos esse pro ad, testis est Ennius — — et in Iphigenia...' X Seruius Fuld. in Aen. I 52 'uasto pro desolato ueteres ponebant.'

---

kius l. l. p. XIII arguor pro *uulgo* *Fortasse carere possumus repetito pronomine* ego 197 antistat *mauult Columna, recte, cf. Ritschelius Mus. Rhen.* 1850 *p.* 578 *sq.* 199 astrologorum signa *pro glossemate habet Heinrichius* quaesit *Heinrichius* quid sit *cod.* quaerit *Maius in ed. sec.* opseruat: Iouis *Maius* obseruationis *cod.* obseruant: Iouis *Naekius* 200 lumen *Heinrichius* numen *cod.* nomen *uulgo* beluae *Heinrichius* beluarum *cod.* 202 nunc *om. cod.* obibo *Aldina* adibo *cod.* obiacent *Aldina* adiacent *cod.*
203 *Senarium ponit Bergkius l. l. p. XV:* quae nunc abs te sunt uastae et uiduae uirgines. *Aliis placebunt fortasse bacchei:* quae núnc abs te uástae et uiduaé uirginés sunt

XI

Cicero Tusc. disp. I 48, 116 'Iphigenia Aulide duci se immolandam iubet, ut hostium (sc. sanguis) eliciatur suo.'

MEDEA EXVL

I (1)

Nutrix

Vtinám ne in nemore Pélio secúribus
Caesá cecidisset ábiegna ad terrám trabes,
Neue índe nauis ínchoandae exórdium

Medea exul I Rhet. ad Herenn. II 22, 34 'hic id quod extremum dictum est, satis fuit exponere, ne Ennium et ceteros poetas imitemur, quibus hoc modo loqui concessum est: [205—213] Nam hic satis erat dicere, si id modo, quod esset satis, curasset poeta: utinam ne era erraus mea d. e. p. Medea.' (a) Cicero de fato 15, 35 'ex hoc genere illud est Enni [205. 206] Licuit uel altius: utinam ne in Pelio nata ulla umquam esset arbor! etiam supra, utinam ne esset mons ullus Pelius! similiterque superiora repetentem regredi infinite licet. Neue inde . . . coepisset. Quorsum haec praeterita? Quia sequitur illud [212. 213] non ut eae res causam afferrent amoris.' (b) Idem pro Caelio 8, 18 'quo loco possum dicere id quod . . . Crassus . . . paulo ante dixit, utinam ne in nemore Pelio, ac longius quidem mihi contexere hoc carmen liceret. Nam numquam era errans hanc molestiam nobis exhiberet Medea animo . . . saucia.' (c) Priscianus de metris Terent. c. 2 p. 1325 P. (II p. 410 K.) 'nec solum comici huiuscemodi sunt usi iambis, sed etiam tragici uetustissimi, ut Ennius in Medea: [205—212] (d) Idem VII p. 751 P. (I p. 318 K.) 'trabes pro trabs. Ennius in Medea: [205. 206]' (e) Varro de L. L. VII 33 M 'sic dictum a quibusdam, ut una caues, una trabes . . . Ennius: [205. 206] (f) Quintilianus V 10, 84 'causas non utique ab ultimo esse repetendas, ut Medea, utinam . . . Pelio: quasi

---

205—213 *Dixit de hoc loco Osannus in Anal. crit. p.* 107 206 caesa cecidisset *d. e: Carlsr. cum deterioribus. l: duo Oxon. Sang. b in mg.* caesa ac^{ci}cedisset *e: Halb. corr. m. alt.* cecidisset *l: Sang. d* ceciderit *g: Guelf.* caesa accidisset *b: plerique cdd. f. m:* caesa ac^{i}cedisset *e: Reg.* caesa accedisset *e: Grut. Sang.* caesae cecidissent *a (nisi quod* cecidissent *u. prima syllaba in Par. est corr.) k: Angelom. Tross. Tur. Par. corr.* cecidissent *h i. l: Sang. duo, Viteb.* ceciderint *g: Tur. Voss. a et c* caesa accidissent *b: aliq. edd.* accidissent *l: Eins. Gryph.* caesae accedissent *k: Par. m. pr. Singulari numero positum esse* trabes *testantur Varro (f) et Priscianus (e)* *aut* abiegna *aut* abiegnae *aut* abiegne *libri, quos longum est recensere* ad] in *e: Halb. cum aliis libris* securibus . . . trabes *om. in l libri plerique*
207 inchoandae *d. a: Par. (sed* dae *in ras.) cum libris plerisque. b:*

Coepísset, quae nunc nóminatur nómine
Argó, quia Argiui ín ea dilectí uiri
Vectí petebant péllem inauratam árietis
Colchís, imperio régis Peliae, pér dolum.
Nam númquam era errans méa domo ecferrét pedem
Medéa, animo aegra, amóre saeuo saúcia.

uero id eam fecerit miseram aut nocentem, quod illic ceciderit abiegna ad t. trabes' (g) Donatus in Ter. Phorm. I 3, 5 'uetus elocutio utinam ne. Ennius in Medea: utinam ne in n. P. unquam cecidissent ad t. t.' (h) Iulius Victor c. 12 p. 237 Or. 'ut, si in nemore Pelio non cecidissent trabes, hoc scelus factum non esset.' (i) Cicero de inuent. I 49, 91 'huiusmodi est illa quoque conquestio [205. 206]: longius enim repetita est, quam res postulabat.' (k) Idem Topic. 16, 61 'illud enim est tamquam [205. 206]. Nisi enim accidissent abiegnae ad terram trabes, Argo illa facta non esset, nec tamen fuit in iis trabibus efficiendi uis necessaria.' (l) Idem de nat. deor. III 30, 75 'utinam igitur, ut illa anus optat, ne in nemore ... trabes.' (m) Idem de fin. I 2, 5 'an utinam ne in nemore nihilo minus legimus quam hoc idem Graecum' e. q. s. (n) Idem Tusc. disp. I 20, 45 'etenim si nunc aliquid assequi se putant, qui ostium Ponti uiderint et eas angustias, per quas penetrauit ea quae est nominata Argo, quia Argiui in ea dilecti uiri Vecti petebant pellem inauratam arietis.' (dilecti Reg. Gud. delecti ceteri) (o) Hieronymus Marcellae uiduae epitaph. (T. I p. 48 ed. Antuerp. 1578) 'quibus rectissime illud Ennianum aptari po-

---

bant ueteres magnam, ut Ennius: induta' e. q. s. 'i. e. magna.' Cynthius Cenetensis in Aen. I 4 (A. Mai auct. class. VII 327) 'saeuus dicitur crudelis, prosper et magnus. Ennius: induta' e. q. s. XLVIII Varro de L. L. VII 87 M. 'lympha a nympha, ut quod apud Graecos Θέτις, apud Ennium: Thelis illi mater.' Conferri iubet Turnebus Adu. XXIII 16 Varronem de re rust. III 9, 19 'quod antiqui, ut Thetin Thelim dicebant, sic Medicam Melicam uocabant.' XLIX Varro de L. L. VII 101 M. 'apud Ennium: uocibus' e. q. s. 'mussare dictum, quod muti non amplius quam μῦ dicunt.' Cf. Seruius in Aen. XII 657 'Ennius mussare pro tacere posuit.' L Diomedes I p. 336 P. 'item adeo adis. hoc iteramus adito aditas dictitantes; ut Ennius: ad eum aditauere.' LI Seruius in Aen. IX 401 'antique properet mortem, ut Plautus: properare prandium; Ennius: festiuum f. d.' Philargyrius in Ge. IV 170 'fulmina properant uetuste ait, ut Plautus: properant prandium, et Ennius: festiuant diem.' Cf. Gloss. Labb.: 'festino ἑορτάζω.' LII Varro de L. L. V 23 M. 'terra ut putant eadem et humus: ideo Ennium in terram cadentis dicere ...' cf. Diomedes p. 370 P. Hartungus Eurip. rest. II 53 LIII Seruius in Aen. V 686 'Ennius de dormiente...' LIV Cicero de orat. II 54, 222 'quod est hominibus facetis et dicacibus difficillimum, habere hominum rationem et temporum et ea quae occurrant, cum salsissime dici possint, tenere. Itaque nonnulli ridiculi homines hoc ipsum non insulse interpretantur. Dicere enim aiunt Ennium, flammam a sapiente facilius ore in ar-

392 Thelis *Turnebus* Thetis *Flor. Haun.* ea Thetis *cod. B*, *lacuna in Goth.* erat Thetis *Spengelius* 393 faxis musset] facimus et *libri plerique* facimus musset *Turnebi cod.* face musset *Turnebus* fac is musset *O. Muellerus* 395 festiuumque diem festiuant *Merula* 396 pinsabant *Goth.* 397 *Fortasse delendum est* que 398 nam *om. Cicero* *Indirecta oratione utitur Cicero*

LV (73)

['Vmquam] quidquam quísquam cuiquam quód ei conueniát, neget?

LVI (inc. com. 16)

Aliquót sunt uera sómnia, at nón ómnia est necésse.

LVII

Eu, méa puella, e spé quidem id succéssít tibi.

LVIII

aeui íntegri.

LIX

. . . . . ángue uillosí canis

LX

Versát mucronem

LXI

férro foedatí iacent.

dente opprimi, quam b. d. t: haec scilicet bona dicta, quae salsa sint.' (Ennium om. Voss. Leid.) LV Rhet. ad Herenn. IV 12, 18 'et si uitabimus eiusdem literae nimiam assiduitatem, cui uitio uersus hic erit exemplo (nam hic nihil prohibet in uitiis alienis exemplis uti): o Tite' e. q. s. 'et hic eiusdem poetae ...' LVI Cicero de diu. II 62, 127 'aliquot somnia uera, inquit Ennius, sed omnia non est necesse.' Ad Epicharmum refert Merula p. LXXII LVII Varro de L. L. VII 93 M. 'euax uerbum nihil significat, sed effutitium naturaliter est, ut apud Ennium [VIII] apud Ennium: eu, mea p.' e. q. s. 'apud Pompilium: heu' e. q. s. (Naeuium cod. B) LVIII Seruius in Aen. IX 255 'integer aeui, integri aeui, i. e. adulescens, cui aetas integra superest. Vnde Ennius deos aeui integros dicit, quibus multum aeui superest.' LIX Acron in Hor. Carm. III 11, 18 'muniant angues caput eius] ut ait Ennius: angue u. c.' LX Seruius in Aen. IX 748 'uersat, librat, iactat: et est Ennianum...' LXI Seruius in Aen. III 241 'foedare, cruentare. Ennius ...'

---

400 umquam *om. libri* cuiquam quod] quemquam quemq. quisq. *Par.* quemquam quisque *Bamb. a Fris.* quemque quisque *Bamb. b* quemquam quemq. quis *Tross.* quemquam quis *Tur.* ei *om. libri* 401 sunt *om. Cicero* somnia uera *Cicero* sed omnia non est necesse *Cicero, nisi quod* necesse est *unus codex Moseri* *Possis etiam:* aliquót sunt uera somnia, omnia esse non necessest 402 hau *Par. b* heu *ceteri libri* eheu *uulgo* e *om. libri* spe *Flor. Goth. Par. a* saepe *Haun.* sepe *Par. b* spei *O. Muellerus* successit *O. Muellerus* succensit *Goth. Haun.* succenset *Flor. Par. a* succenses *Par. b*

LXII

'Omnes dant consilium uanum, atque ád uoluptatem ómnia.

LXIII

Varro de L. L. VI 61 M. 'dico originem habet Graecam quod Graeci δικάζω. Hinc Ennius: dico qui. Hinc dicare, hinc iudicare.' Dico qui hunc dicare cupit (uel habet uel potest). Hinc iudicare uulgo: correxit O. Muellerus, qui lacuna Enniani uersiculi maiorem partem absumptam esse sibi persuasit. Fortasse ex Eumenidibus asciuerat Varro fr. IV, ut scribendum sit: Dico ui[cisse] e. q. s.

LXIV

Priscianus XV p. 1010 P. (I p. 621 K.) 'Ennius proteruiter, ignauiter, inimiciter, iracunditer, superbiter, temeriter, praeclariter, toruiter, puriter, reuerecunditer, miseriter, prosperiter.' E quibus 'toruiter' uocis exemplo Nonius utitur heroico uersu p. 516, 16: 'proteruiter' ab eodem de Pancratiaste comoedia affertur p. 513, 11: abhorrent a dactylis tria haec 'temeriter, reuerecunditer, miseriter.'

M. PACVVIVS

ANTIOPA

I (13)

Probus in Verg. Ecl. 2, 25 p. 7 Keil. 'Amphionem et Zethum Euripides et apud nos Pacuuius Iouis ex Antiopa Nyctei ait natos. [Amphionem autem] cantando potuisse armenta uocare testantur Thebae' e. q. s.

II (12)

Rhet. ad Herenn. II 27, 43 'item uerendum est, ne de

LXII Fronto Epist. II 13 p. 57 ed. Rom. (p. 61 Nieb.) 'adfinitate sociatum neque tutelae subditum: praeterea in ea fortuna constitutum, in qua, ut Q. Ennius ait, omnes dant' e. q. s.

Pacuui Antiopa I Amphionem autem uerba inclusa coniectura suppleuit H. Keilius. Pacuui anapaestos: 'cantando soluistis Armenta uocare' agnoscere sibi uisus est Hartungus II Eadem con-

---

407 atque ad uoluptatem omnia *om. ed. Mediol. et Nieb.* adque *cod.*

alia re dicatur, cum alia de re controuersia sit . . . uti apud Pacuuium Zethus cum Amphione, quorum controuersia cum de musica inducta sit, disputatio in sapientiae rationem et uirtutis utilitatem consummatur.'

III (8)

Loca hórrida initas.

IV (11 et Liu. Ant.)

Amphio

Quadrupés tardígrada agréstis humilis áspera,
Capité breui, ceruice ánguina, aspectú truci,
Euíscerata inánima cum animalí sono.

Astici

Ita saéptuosa díctione abs té datur,
Quod cóniectura sápiens aegre cóntuit:
Non íntellegimus, nísi si aperte díxeris.

Amphio

Testúdo.

trouersia tangitur his Ciceronis locis: de orat. II 37, 155 'miror, cur philosophiae sicut Zethus ille Pacuuianus prope bellum indixeris.' de rep. I 18, 30 'atque idem ... Zethum illum Pacuui nimis inimicum doctrinae esse dicebat.' de inu. I 50, 94 'si non id quod accusabitur defendet... ut Amphion apud Euripidem, item apud Pacuuium, qui uituperata musica sapientiam laudat.' Cf. Hor. Epist. I 18, 40 sqq. III Diomedes I p. 336 P. 'ineo inis, et i n i t o dicimus.' IV Cicero de diu. II 64. 133 'nam Pacuianus' (P a c u i n u s Vind. P a c u u i a n u s uulgo) 'Amphio [2—4] cum dixisset obscurius, tum astici respondent: [7] At ille uno uerbo: T e s t u d o. Non poteras hoc igitur a principio, citharista, dicere?' (a s t i c i Orellius a r t i c i Erl. a c c i l i Reg. Gud. Rehd. r u s t i c i suasit Bergkius B a c c h i c i Welckerus de trag. Gr. p. 815 A t t i c i ceteri. Illud Cobetiano in Eur. Hipp. 67 scholio: *ὡς καὶ ἐν Ἀντιόπῃ δύο χοροὺς εἰσάγει τὸν Θηβαίων γερόντων διόλου καὶ τὸν μετὰ Δίρκης* — confirmari monuit Schneidewinus Nunt. liter. Gotting. 1847 p. 145) Tertullianus de pallio c. 3 p. 44 Salm. 'est et [2] testudinem Pacuuianam putas? non est: capit et alia

---

2 tardigrada] *cf. Mar. Victor. p.* 2468 *P.* 3 breui' *Bothius* 4 inanima cum animali *Hartungus* inanima, cum animali *uulgo* 5 septuose dictio abs te *libri* s. d. abs tete *Lipsius* s. d. ab deo *uel* s. d. haec abs te *Vossius* 6 coniectura *Rothius* consecutura *mss. Merceri*, *W* consectura *ceteri libri* contuit *uel* consulit *Vossius* contulit *libri* *Versu* 7 *non opus uidetur esse Welckero de trag. Gr. p.* 815, *assumptis* 5 *et* 6 nisi si *Dauisius* nisi *libri*

V (9)

. . . perdita ínluuie atque insómnia.

VI (2)

Frendére noctes, mísera quas perpéssa sum.

VII (3)

. frúges frendo sóla saxi róbore.

VIII (7)

. . . . sól si perpetuó siet,
Flámmeo uapóre torrens térrae fetum exússerit,
Nócti ni interuéniat, fructus pér pruinam obríguerint.

IX (6)

Mínitabiliterque íncrepare díctis saeuis íncipit.

bestiola uersiculum.' Non. 170, 17 'septuose, obscure. Liuius Antiopa [5. 6]' (Pacuuius Scriuerii mss., Bergkius de rel. com. Att. p. 123 Welckerus l. l. p. 812) V Charisius I p. 78 P. (57 Lind.) 'insomnia . . . singulari numero uigiliam significare' (uolunt grammatici) 'ut Pacuuius in Antiopa dixit...' VI VII Non. 447, 16 'frendere alicubi cum gemitu uel iracundia miserum aut minax sonare ... Pacuuius Antiopa [VI] Plautus ... Pacuuius Anthiopa [VII]' VIII Varro de re rustica I 2, 5 'cum ibi' (sc. in regionibus septentrionalibus) 'tu quicquam nasci putas posse aut coli natum? Verum enim est illud Pacuuii: sol si perpetuo sit, aut nox, flammeo uapore aut frigore terrae fructus omnes interire.' (Pacusi Politiani libri flammineo Iensoniana Bruschiana Bononiensis Regiensis edd. fructos Politiani libri omnis Bruschiana) Idem de L. L. VI 6 M 'nox, quod ut Catulus' (Catullus Goth. Haun. Pacuuius Scaliger) 'ait, omnia, nisi interueniat sol, pruina obriguerint, quod nocet, nox.' Festus p. 352 M. 'torrens participialiter pro exurens ponitur, ut est apud Pacuuium in Antiopa [13]' Excerptum ex libro ms. de natura rerum Oxon. (Sueton. ed. Wolf. uol. III p. 76) 'torrens fluuius, qui a pluuia crescit, siccitate torrescit, id est arescit, de quo Pacuuius ait: flammeo uapore torrens torret.' Eadem habet Isidorus Orig. XIII 21, quae ne cum Antiopae uersibus confundantur dissuadenti Herm. Langensiepeno (Mus. Rhen. 1847 p. 251) non uidetur auscultandum esse, quia non tam torrentis fluuii usum quam torrendi uerbum exemplo illustrare uoluit grammaticus IX Non. 139, 23 'minitabiliter pro minaciter ...'

---

9 inluuie *Lindemannus* in illiue *cod.* illuuie *edd.* 10 noctem *ms. Fabri* miserias quas *ms. Fabri* miseras quas *ed.* 1480 misera, quae *Bothius* 2 sum *Aldina* rum *ms. Fabri* rum *ceteri libri* 11 fruges *Aldina* fruge *libri* sola saxi robore *Welckerus l. l. p.* 817 sola sacsic probore *libri, nisi quod* probare *W* solas saxi robore *Vossius. An:* solo s. r.? 12 siet *Bothius* sit *Varro* 14 *Scaligero duce reconcinnaui in Coni. p.* 7 15 que *Mercerus* quae *libri* dicitis secuis *Leid.*

X (4)

Nonne hínc uos propere stábulis amolímini?

XI (5)

Sed cúm animo attendi ád quaerendum, quíd siet

XII (10)

. . . . . céruicum
Florós dispendite crines.

XIII (1)

Saluéte, gemini, méa propages sánguinis!

XIV

Priscianus I p. 561 P. (I p. 45 K.) 'υ et ζ in graecis tantummodo ponuntur dictionibus, quamuis in multis ueteres haec quoque mutasse inueniantur, et pro υ u, pro ζ uero s uel d posuisse, ut . . . Saguntum, massa . . . Sethus pro Zethus dicentes, et Medentius pro Mezentius.'

ARMORVM IVDICIVM

I (5)

. . . . séque ad ludos iam índe abhínc exérceant.

II (10)

Quí uiget, uescátur armis, út percipiat praémium.

III (1)

. . . qui sése adfines ésse ad causandúm uolunt,

X Non. 73, 15 'amolimini est recedite uel tollite ... Pacuuius Hermiona ... idem Antiopa...' XI Non. 238, 15 'attendere est intendere.....'. XII Seruius in Aen. XII 605 'flauos Lauinia crines: antiqua lectio floros habuit, i. e. florulentos, pulchros: et est sermo Ennianus. Probus sic adnotauit: neotericum erat flauos, ergo bene floreos, nam sequitur: et roseas laniata genas ... P. Antiopa...' XIII Non. 64, 30 'propages est series et adfixio continua uel longe ducta ...' Idem 221, 7 'propago, propages ut saepe generis est feminini.'
XIV Haec ad Pacuuium uideri spectare monuit Fleckeisenus Epist. crit. ad F. Ritschelium p. XIII

Armorum iudicium I Charisius II p. 175 P. (115 Lind.) 'abhinc.' II Non. 416, 1 'uesci etiam significat uti ... Pacuuius Chryse ... idem Armorum iudicio ...' III Non. 89, 11 'causari causam di-

17 animum *Junius*, *recte*, *ut uidetur* quaerendum *edd.* querendum *libri* 19 floros *Delrio* floreos *Seruius* disperdite *Seruius* dispergite *Delrio* 21 seseque *Hermannus Opusc. VII* 366 abhinc] *cf. Lachmannus in Lucr. III* 954 22 it *Geneu.* et? 23 adfines *Junius* adfinem *libri*

Dé uirtute is égo cernundi dó potestatem ómnibus.

IV (8)

'An quis est qui té esse dignum, quícum certetúr, putet?

V (9)

. . si non ést ingratum reápse quod fecí bene.

VI (16)

túque te
Désidere [in lécto residem,] nós hic esse [in míseriis
Máluisti.]

VII (7)

. . dic quid fáciam: quod me móneris, effectúm dabo.

VIII (3)

Próloqui non paénitebunt líberi ingrato éx loco.

IX (6)

. . et aecum et réctum est, quod tu póstulas:
Iuráti cernant.

X (14)

. . . . . nilne ad te dé iudicio armum áccidit?

cere uel defendere ...' Idem 261, 19 'cernere rursum dimicare uel contendere ...' IV Non. 473, 14 'certatur pro certat.' V Festus p. 278 M. 'reapse est reipsa. Pacuuius in Armorum iudicio ...' Paulus p. 279 M. 'reapse est reipsa. Pacuuius: si' e. q. s. VI Festus p. 281 M. '[reses et residuus dicitur ignauus, quia] residet. Accius — — — Pacuius in arm[orum iudicio: . . . . . .] tuque' e. q. s. VII Non. 507, 25 'moneris pro monueris.' VIII Non. 475, 18 'paenitebant.' (poenitebat Bamb.) IX Non. 261, 13 'cernere, iudicare.' X Cicero Orat. 46, 155 'at ille alter in Chryse ... Nec enim

---

24 de uirtute et ego potestatem cernundi do omnibus *libri p.* 261 26 si non *Paulus* sino *Festi cod. teste H. Keilio* (*Mus. Rhen.* 1848 *p.* 624) re abse *Festus* bene *om. Paulus* 27 *sqq.* tuque te desider . . . . nos hic essem . . . . *Festus teste H. Keilio* tuque te Desidere mauis residem, nos hic esse in miseriis *G. Hermannus* tuque te d. m. r. at contra nos hic esse in labore *Vrsinus* 30 dabo *Junius* da *libri* *Senarium tolerauit G. Hermannus* 31 proloqui non poenitebunt, liberi ingrato *G. Hermannus* prologo nunc paenitebunt libunt liberi grato *libri*, *nisi quod* penitebunt *Bamb. et* $\overset{l}{b}$ibunt $\overset{l}{b}$iberi *W cf. Duentzerus Ephem. Marb.* 1848 *p.* 486 32 tu *om. libri* et aequum est ét rectum hoc quod póstulas *G. Hermannus* 34 nilne *G. Hermannus* nihilne *libri*

XI (4)

Quód inaudiui accípite, et quid sit fácto opus de-
cérnite.

XII (12)

Cúm recordor eíus ferocem et tóruam confidéntiam

XIII (11)

. . . feróci ingenio, tóruus, praegrandí gradu

XIV (13)

Nám canis, quando ést percussa lápide, non tam illum
ádpetit,
Quí sese icit, quam íllum eumpse lápidem, qui ipsa
icta ést, petit.

XV (17)

. . . . mén seruasse, ut éssent qui me pérderent!

XVI (2)

. . . . pro império agendum ést, quí uetat,
Né qui attollat.

ATALANTA

I (10)

Paréntum incertum inuéstigandum grátia

dixerim tam libenter armum iudicium, etsi est apud eundem: nilne' e. q. s. XI Non. 126, 23 'inaudire, audire ...' XII XIII Festus p. 355 M. 'toruitas a ferocia taurorum dicta est. Pacuuius in Armorum iudicio [XIII] et [XII]' XIV Non. 124, 2 'icit significat percutit, ab ictu ...' XV Suetonius Caes. 84 'inter ludos' (funebres Caesaris) 'cantata sunt quaedam ad miserationem et inuidiam caedis eius accommodata ex Pacuuii Armorum iudicio...' Conferri iubet Langius Vind. p. 34 Ciceronis Phil. II 3, 5: 'quod si esset beneficium, numquam ei, qui illum interfecerunt, a quo erant seruati ... tantam essent gloriam consecuti.' XVI Non. 246, 4 'attollere, auferre' (afferre libri) 'Pacuuius Medo ... idem Armorum iudicio ...'

---

35 quod inaudiui *G. Hermannus* quod ego inaudiui *libri* 37 praegnandi *cod.* *Eis, qui senarium praeferunt, repugnari nequit* 39 sese *Vossius* se *libri* eumpse *Vossius* eum ipsum *libri* qui se icit, quam illunc eumpse *G. Hermannus* 41 *sq.* qui uetat, Né quis attollat *G. Hermannus* quis uetat quisne attollat *libri* ne quis attollat, uela *Grotius*, *probat Vossius*, *cui non minus placet* ueto

II (14)

. . dolet pigétque magis magísque me
Conátum hoc nequiquam ítiner . . . . .

III (22)

Tamenétsi metuo pícta de plumá plagam

IV (3)

Gradere átque atrocem coérce confidéntiam!

V (24)

. . . . éxtremum intra cámterem ipsum praégradat
Párthenopaeum.

VI (2)

. . . . . dúbito quam insistám uiam
. . . . . . aut quod primórdium
Capíssam ad stirpem exquírendum . . . . .

VII (8)

Quás famulitas uís egestas fáma formidó pauor

VIII (12)

Hiát sollicita, stúdio obstupida, súspenso animo cí-
uitas.

Atalanta I Non. 495, 26 'accusatiuus numeri singularis positus pro genetiuo plurali .... P. Athalanta ...' II Non. 490, 14 'itiner pro iter ... P. Athalanta ...' III Non. 378, 6 'plaga aliquando pars lecti, aliquando omnis. P. Atalanta ... ut sit plaga, quem nunc dicimus clauum. Varro Prometheo: eburneis lectis et plagis sigillatis. Afranius: palam facto demea et plagulam de lecto pellis dimitte in ordine.' IV Non. 262, 10 'confidentia rursum temeritas, audacia. P. in Athalanta ...'
V Non. 65, 1 '[praegradat,] praegreditur, anteuenit: dictum a gradu. Pacuuius Tantalo: extremum' e. q. s. (Atalanta Junius)
VI Non. 226, 32 'stirpem ... masculino ... P. Athalanta ...'
VII Non. 109, 28 'famulitas est seruitus ...' VIII Non. 429, 5 'inter urbem et ciuitatem hoc interest: urbs est aedificia, ciuitas in-

---

44 *sq. Distribuit uersus Vossius* 46 etsi metuo picta de plaga pallam *libri*, *defendit Palmerius Spicileg. ap. Grut. IV* 782
47 coerce *Aldina* coercere *libri* 48 caterem *W* campterem *Junius*, *Turnebus Adu. XXIX* 19 cancerem *ms. Junii*, *unde hic*: carcerem 49 Parthenopaeum *Scaliger Coni. p.* 11 Parthenoreum *libri*. *An*: Parthenopaeus? 50 *sq. Possis unum uersum efficere transponendo*: uiám quam insistam dúbito, aut quod primórdium
52 ad *Aldina* a *libri* exquirendum *Bentinus* exquirentem *libri*
53 formido pudor *Leid. quod potest uerum esse* 54 hiat] hil *libri*

IX (9)

Mórtem ostentant, régno expellunt, cónsanguineam esse ábdicant.

X (1)

régius
. . nemoralís nunc regnum pótitur transmissú patris.

XI (18)

. . . . quíd istuc est? uultum álligat
Quaé tristities?

XII (15)

Quae aégritudo ínsolens méntem attemptát tuam?

XIII (7)

Hábeo ego istam quí distinguam intér uos geminitúdinem.

XIV (21)

. . . . ís uestrorum utér sit, cui signúm datúm est, Cétte.

XV (6)

. . . suspénsum laeuo brácchio ostendo úngulum.

colae ... P. Athalanta ...' IX Non. 450, 30 'abdicare non solum de patris facto potest dici, quod est familia abicere, sed rem quamlibet negare. P. Athalanta ...' X Non. 481, 31 'potior illam rem pro: illa re potior.... P. Athalanta...' XI Non. 182, 1 'tristities' (tristitias libri) 'pro tristitia. Pacuuius Atalanta ... Turpilius Leucadia: antefacta igni committo tristitie an te, Dorcium?' ('igne c. tristitia an te D.' libri) XII Non. 322, 17 'insolens rursum non solens ... P. Athalanta...' XIII Non. 116, 18 'geminitudinem.' (Athalenta Bamb.) XIV Non. 85, 4 'cette significat dicite uel date, ab eo quod cedo ...' XV Festus p. 375 M. 'ungulus Oscorum lingua anulus — — Pacuuius

---

nil *Junius in mg.* nunc *Bothius* 2 55 *An:* consanguineum? 56 *sq.* regi ut memorabis nunc *libri* Regi ut memoraui, is nunc *Bothius* Regi id memora, qui nunc *Vossius* Regi Meleagro: is nunc *Grotius Bibl. crit. n. IV Sententiam hanc fere intellego:* non propages regia, 'At enim nemoralis nunc *e. q. s.* regem potitur *Bamb.* 58 istic *Leid., etiam in W dimidia pars literae* u *erasa* alligat quae *Junius* alligateque *libri* 59 tristities *Bothius* tristitias *libri* quis istic uoltus caligans? quae tristitas? *Scaliger in Aetnam p.* 155 61 abeo *Bamb.* 64 in laeuo *uulgo*, *fortasse recte* brachio *cod. cf. Lachmannus in Lucr. VI* 434

XVI (4)

Nam quód conabar, cum ínteruentum est, dícere,
Nunc éxpedibo.

XVII (17)

Mi gnáte, ut uerear éloqui, porcét pudor.

XVIII (5)

Triplicém uirili séxu partum prócreat.

XIX (13)

Vbi égo me grauidam séntio adgrauéscere
Propínquitáte párti

XX (19)

Cum incúltos peruestígans rimarém sinus

XXI (16)

Sempér satagere ut né in amore animúm óccupes.

XXII (20)

Cóncentare ac dissentire párti ac da rursum aéquiter.

XXIII (11)

Omnés qui tam quam nós [seuero] séruiunt
Sub régno, callent dóminum imperia métuere.

in Iliona — et in Atalanta ...' XVI Non. 505, 3 'expedibo pro expediam. P. Athalanta ...' XVII Non. 160, 1 'porcet significat prohibet.' XVIII Festus p. 334 M. 'sexu, natura habituque ex Graeco, quam illi uocant ἕξιν — Pacuuius in Atalanta ...' XIX Non. 486, 3 'parti et partuis' (partui Bamb.) 'pro partus. Pacuuius Athalanta ... (cuuius W) XX Non. 382, 7 'rimari dicitur scrutari, quaerere .... P. Athalanta ...' XXI Non. 355, 27 'occupare est rursus detinere ... P. Athalanta ...' XXII Non. 512, 27 'aequiter pro aeque. P. Athalanta ...' XXIII Non. 258, 1 'callet significat scit: hoc est calliditate, quae est urbana scientia ...'

---

66 non expedibo *Bamb.* 67 mi gnate *Leid. cum aliis* magna te *W* eloqui *Junius* loqui *libri* 69 aggrauescere *Aldina* adgrauascere *libri* 70 propuinquitate *Bamb.* partis *Leid. Bamb.* 71 rimare *Geneu.* rimaris *Basil.* inrimare *ceteri libri. aut* rimarer *aut* inrimat *Vossius* 72 semper sat agere *Bothius* 2 super satis agere *libri* ut ne in mare animum occupes *libri* in amore ut ne tu a. o. *Bothius* 2 73 concertare ac dissentire partem da cursum aequiter *libri* consentire ac d. partim dare ius aequiter *Vossius*, *praeeunte* consentire *Scriuerio. In nostris* rursum *occupauit Bothius* aequiter *om. Bamb.* 74 seuero *om. libri* 75 dominum imperia *Mercerus* domitum imperio *libri*, *nisi quod* imperium *Basil.* dominum imperium *Faber* domiti imperio *Bothius* metueres *Basil. Geneu.*

CHRYSES

I (14)

interea loci
Flúcti flacciscúnt, silescunt uénti, mollitúr mare.

II (11)

Própemodum animus cóniectura de érrore eius aúgurat.

III (13)

'Atque, ut promeruít, pater mihi pátriam populauít meam.

IV (5)

Ciués antiqui, amíci maiorúm meum,
Consílium socii, augúrium atque extum intérpretes,
Postquám prodigium horríferum, portentúm pauos

V (4)

. . . nam isti quí linguam auium intéllegunt,
Plusque ex alieno iécore sapiunt quam éx suo,
Magis aúdiendum quam aúscultandum cénseo.

VI (2. 8. 3)

Hóc uide, circúm supraque quód cómplexu cóntinet

Chryses I Non. 488, 14 'flucti pro fluctus ...' (Crysae Bamb.) Cicero de orat. III 42, 167 'neque factum uerbum est, ut mare saxifragis undis, neque translatum, ut mollitur mare.' II Non. 469, 8 'auguro' (augurio Bamb.) ... 'P. Chrysae ...' III Non. 39, 31 'populare significat populi amorem conciliare: unde populares dicti, de uno populo amici.' (Gresse W. Leid.) IV Cicero Orat. 46, 155 (postquam de Ennio dixit) 'at ille alter in Chryse non solum [80], quod erat usitatum, sed durius etiam [81], idemque pergit [82], quae non sane sunt in omnibus neutris usitata.' V Cicero de diu. I 57, 131 'ut ille Pacuuianus, qui in Chryse physicus inducitur, minime naturam rerum cognosse uideatur [83—85] Cur quaeso? cum ipse paucis interpositis uersibus dicas satis luculente [90—92].' Non. 240, 9 'auscultare est obsequi. Pacuuius qui se [85].' (Chryse Junius) VI Varro de L. L. V 17 M. 'sic caelum et pars eius, summum ubi stellae, et id quod Pacuuius, quom demonstrat, dicit [86. 87] quoi subiungit: id quod nostri cae-

76 interea loci *Gulielmus in Plaut. Mil. c.* 4 inter ea loca *libri*, *nisi quod* iter *W* 78 eius *cdd.* et ius *Bamb.* elius *ceteri libri*
79 pater, qui patriam *Vossius* 82 pauos *Gud. b* pauor *ceteri*
83 isti *Erl. Vind. cum mss. Vossii, defendit Oudendorpius ad Sueton. de ill. gramm.* 11 istos *duo cdd. Orellii* istis *ceteri* 84 quam suo *duo cdd. Orellii* 86 uide, circum supraque quod *Lachmannus*

Térram
Sólisque exortú capessit cándorem, occasú nigret,
'Id quod nostri caélum memorant, Gráj perhibent aéthera:
Quídquid est hóc, ómnia animat fórmat alit augét creat
Sépelit recipitque ín sese omnia, ómniumque idem ést pater,
'Indidemque eadém quae oriuntur, de íntegro aeque eodem óccidunt.

VII (15)

Máter est terra: éa parit corpús, animam aether ádiugat.

VIII (Anchis.)

Promúnturium quoius língua in altum prójcit.

lum memorant.' Ibidem 19 'et hinc caelum, quoniam, ut dixi, hoc circum ... terram cauum caelum.' cf. Lucr. V 318 sqq. Cicero de nat. deor. II 36, 91 'mutuemur hoc quoque uerbum dicaturque tam aether Latine, quam dicitur' (dicunt Erl.) 'aër, etsi interpretatur Pacuuius: hoc, quod memoro, nostri caelum ... aethera. Quasi uero non Graius hoc dicat. At Latine loquitur.' (Deest hic locus in Vind. et Palat.) Idem de diu. I 57, 131 [90—92] (cf. V) Non. 144, 10 'nigret, nigra fit. P. Chryse [88].' Versus 86 87 89 cum 90—92 coniungendos animaduertit Scaliger, quem contra Antiopae illos inserendos censet Bergkius Ind. lect. Marb. hib. 1849 p. XIII VII Non. 75, 11 'adiugare, adiungere. Plautus Chryse ... idem Iliona ...' (Pacuuius Aldina)
Varro de L. L. V 60 M. 'caelum et terra omnia exgenuerunt ... recte igitur Pacuuius quod ait: animam aether adiugat.' VIII Gellius IV 17 (positu, non natura produci in uersu objciebat conjcere subjcit injce

---

in Lucr. V 318 uide circum supraque, quod *uulgo* 88 capessit *ed.* 1526 rapessit *libri* nigret *edd.* nigri *libri* *Adiungendum hunc uersum ad* 99 *putauit Scaliger* 89 id quod nostri caelum memorant *Varro* hoc, quod memoro, nostri caelum *Cicero* terram, nostri caelum memorant *Heindorfius* Grai *Erl.* Graii *uulgo* 90 quidquid *Erl. Vind. m. pr.* quicquid *Vind. corr. cum ceteris* hoc *om. Erl.* 92 *partim:* indidemque eadem quae, *partim:* indidemque eademque *Orellii libri* in idem eademque que *Erl.* aeque *Scaliger* atque *libri* 93 aether *Varro*, ater *Nonius* adiungat *Varronis libri* mater est terra, haecce corpus parit, animam aether adiugat *Bothius* 1 mater est terra; parit corpus ea, a. a. a. *idem* 2. *Modulatius scribas:* mater terrast, parit ea corpus, animam ei aether adiugat 94 id prom. *libri* Idae prom. *Vossius*, *Bergkius*

IX (6)

. . . . . incipio sáxum temptans scándere
Vórticem, summúsque in omnis pártes prospectum aúcupo.

X (16)

aésti forte ex árido

XI (10)

adiutámini et deféndite!

XII (7)

'Est ibi sub eo sáxo penitus stráta harena ingéns specus.

XIII (21)

Si quá potestur íuuestigarí uia

XIV (18)

Inuéni, opino, Oréstes uter essét tamen.

subjces uocabula) 'id ipsum autem uerbum' (sc. iacio) 'M. Cato sub alia praepositione dicit ... proicit in altum. Et Pacuuius item in Chryse ...' (Chryse Vat. Reg. cse Bott. chise, Anchyse, Auchise recentiores) IX Non. 467, 15 'aucupani, actiuum positum pro passiuo .... Pacuuius Chryse ...' (Chryse edd. Crysae libri plerique Cresae Bamb.) X Non. 484, 11 'aesti pro aestus. P. Chrysae ...' (Crysae Bamb.) XI Non. 74, 1 'aiutamini pro aiutate. P. Cryse ...' Donatus in Ter. Adelph. prol. 16 'legitur et adiutare. Pacuuius in Chrese: adiuta mihi.' XII Festus p. 343 M. 'specus feminino genere pronuntiabant antiqui — — et Pacuuius in Chrese: est' e. q. s. XIII Non. p. 508, 28 'potestur pro potest.' (Chrise Bamb.) XIV Non. 475, 1 'opino pro opinor ... Pacuuius Chryse ... Ennius Eumenidibus: tacere opino esse optumum et pro uiribus' e. q. s. (Chrysae Bamb. Orestes ... optumum om. Bamb.)

Ida prom. *N. Heinsius in Verg. Aen. X* 587 prũturiũ *Vat.* promuntorium *Reg.* promãtorium *Rott.* promontorium *celeri* lingã *Vat.* linguam *Rott.* proicit *Vat. Rott.* proiicit *celeri* 95 saxi *Bothius* 2 96 uerticem *W* summusque in omnis *Bothius, qui tamen senarios numerauit* in summis dein hominis *libri, sed* hominibus *Bamb.* in summum, dein in omnis *Lipsius A. L. IV* 5, *Scaliger (nisi quod hic* deinde) summum, atque in omnis *Bothius* 2 97 fonte *Osannus* 98 adiutamini *Nonius* adiuta mihi *Donatus, cf. Ritschelius Mus. Rhen.* 1842 *p.* 147 101 opinio *Leid. W, sed in Leid.* i *posterius compunctum* opino esse optumum Orestes *libri, nisi quod* Orestes *om. Bamb.* uter esset *Rothius, Duloresti hunc uersiculum ascribens* ut heres sed *libri plerique, om. Bamb.*

XV (17)

. . . . óssuum inhumatum aéstuosam
Aúlam

XVI (19)

. . pró merenda grátia
Simúl cum uideam Gräios nil medíocriter
Redámptruare opibúsque summis pérsequi

XVII (22)

. . atque eccos únde certiscént . .

XVIII (9)

. . . . . fúgimus: arte hac uéscimur.

XIX (20)

Pérque nostram egrégiam unanimitátem, quam memória [nulla]
Déiugat

XX (12)

Set césso inimicitiam íntegrare?

XXI (1)

Di mónerint meliora átque amentiam áuerruncassínt tuam!

XV Priscianus VI p. 710 P. (I p. 265 K.) 'quidam tamen ueterum et hoc ossum et hoc ossu proferebant, unde Pacuuius in Chryse . . .' (Pacubius Sang. Carlsr. Grut. c̆hyse Bern. chrisse Sang. chryse Reg. cum ceteris) XVI Festus p. 273 M. 'redantruare dicitur in Saliorum exultationibus, cum praesul ampiruauit, quod est motus edidit, ei referuntur inuicem idem motus — Pacuius (teste H. Keilio l. l. p. 624): pro' e. q. s. Non. 165, 18 'redandruare, redire . . . P. Chryse: Graecos nihil m. r.' XVII Non. 89, 21 'certissant, certa fiant. P. Chrysae . . .' XVIII Non. 415, 34 'uesci etiam significat uti . . . P. Crisse . . .' XIX Non. 101, 27 'deiugare, deiungere, separare, dissociare . . .' Idem 142, 31 'memoriam positum pro uetustate.' XX Non. 127, 4 'integrare, redintegrare . . .' XXI Paulus Festi p.

102 ossum *libri* inumatum *Sang.* aestuosam *uel* actuosam *Bern.* 103 auram *libri* 104 promerenda *Vrsinus interpunctione post* gratia *posita* proaererenda *cod.* promerendae *Scaliger* 105 Graecos *Nonius* nihil *libri* 106 redandruare *Nonius* 107 atque *Bentinus* aquae *libri* certiscent *Vossius* certissent *libri* 108 fugimus qui arte *libri. Minus placet* fugimusque, arte 109 memoria, *om.* nulla, *libri* immemoria *Vossius* defugat *Leid. p.* 142 111 *Vulgo sine interrogandi signo legitur* 112 dei *Varro*

DVLORESTES

I (4)

hymenaeúm fremunt
Aequáles, aula résonit crepitu músico.

II (12)

Gnatám despondit, núptiis hanc dát diem.

III (18)

Respónsa explanat: mándat ne matrí fuat
Cognóscendi umquam aut cóntuendi cópia.

IV (32)

Aut híc est aut hic ádfore actutum aútumo.

V (7)

hicine is ést, quem famae grátia
Ante ómnis nobilitát uiros?

VI (21)

Délfos uenum pécus egi, inde ad stábula haec itiner
cóntuli.

373 M. 'uerruncent, uertant. Pacuuius: di' e. q. s. 'id est auertissent.' Varro de L. L. VII 102 M. 'apud Pacuuium: di' e. q. s. 'ab auertendo auerruncare.' Non. 507, 26 'moneris pro monueris. Pacuuius Armorum iudicio ... idem Chryse: di monerint meliora.' Idem 74, 22 'aberruncare, auertere. Lucilius lib XXVI: di minuerint meliora, amentiam aberruncassint tuam! Pacuuius Medo ... M. Tullius de finibus bonorum et malorum: di maluerunt meliora atque amentiam aberruncassint meam!' (cf. idem 70, 15 sqq.)

Dulorestes I Non. 505, 1 'sonit pro sonat .... P. Duloreste ...' (Doloreste Bamb.) II Non. 522, 7 'diem uolunt, cum feminino genere dicimus, tempus significare, masculino diem ipsum: nos contra inuenimus ... P. Duloreste ...' (Doloreste Bamb.) III Non. 111, 6 'fuam, sim uel fiam. P. Doloreste ...' IV Non. 237, 11 'autumare est sperare. P. Duloreste ...' V Non. 352, 10 'unde et nobilitarent, notificarent dictum est .... Pacuuius Duloreste ...' VI Non. 490, 16 'itiner pro iter .... Pacuuius Atalanta .... idem Do-

---

de *W p.* 507 minuerint *et* maluerunt *Nonius p.* 74 minerint *W p.* 507 atque *om. Nonius p.* 74, 24 auerruncassent *Paulus* aberruncassint *Nonius bis* tuam *om. Varro* meam *Nonius p.* 74, 29 114 aula *Scaliger Coni. p.* 69 aura *libri* 115 gratam *Bamb.* nuptiis hanc dicit diem *ante Aldinam* nuptiis dicit diem *G. Hermannus Ephem. Lips.* 1828 *n.* 13, *si quidem in prologo haec narrata sint* 116 ne *Junius* me *libri* 118 *An:* aut ést hic? 119 he hicine is *Geneu.* he hic tu eis *Basil.* he hecine is *ceteri libri* famae *uulgo* fame *libri* formae *Scaliger Coni. p.* 82, *Hermannus* fama Graia *Grotius Bibl. crit. nou. IV*, *Bergkius Ephem. Marb.* 1851 *p.* 221 121 Delfos uenum pecu

VII (14. 24)

. . . prímum hóc abs te oro, ní me inexorábilem
Fáxis: ni turpássis uanitúdine aetatém tuam,
'Oro, niue pléctas fandi mí prolixitúdinem.

VIII (38)

Pylades

'Egó sum Orestes.

Orestes

'Immo enim uero ego sum, ínquam, Orestes . . .

* * *

Vterque

'Ambo ergo una . . . . enicárier
. . . . . . precamur

loreste...' VII Non. 184, 4 'uanitudo pro uanitate ... P. Duloreste [122. 123].' Idem 160, 10 'prolixitudinem. P. Duloreste [124].' Vtrumque locum coniunxit Lachmannus in Lucr. II 734 VIII Cicero de fin. V 22, 63 'qui clamores uulgi atque imperitorum excitantur in theatris, cum illa dicuntur: ego sum Orestes, contraque ab altero: immo' e. q. s. 'Cum autem etiam exitus ab utroque datur conturbato errantique regi: ambo' e. q. s. 'quotiens hoc agitur, ecquandone nisi admirationibus maximis?' Ibidem II 24, 79 'aut Pylades cum sis, dices té esse Orestem, ut moriare pro amico? aut si esses Orestes, Pyladem refelleres, te indicares, et si id non probares, quo minus ambo una necaremini, non precarere?' Idem Lael. 7, 24 'qui clamores tota cauea [nuper] in hospitis et amici mei M. Pacuuii noua fabula, cum ignorante rege, uter esset Orestes, Pylades Orestem se esse diceret, ut pro illo necaretur, Orestes autem, ita ut erat, Orestem se esse perseueraret!

---

secunde ab stabula ac itiner *libri*, *nisi quod* pecus secundae *Leid.* pucus saecundae *Bamb.* D. u. pecus egi, unde ad stabula itiner *Junius in mg.* D. uentum, pecus egi inde ad stabula, ad itiner *Vossius* Delphos ueni impete secundo, ad stabulaque itiner *Hermannus* 122 ni me *Lachmannus* nimis *libri* ne me *Hermannus* ne mi *N. Faber*

124 oro, niue *Lachmannus* oro (ēro *W*) mi ne *libri* plectas *Bothius* flectas *libri* flendi me prolixitudine *ms. Palat.* 126 *sq.* ambo ergo (igitur *Vind.*) sumaneganum (*uel:* sunaniganum *uel:* summa negarim) precamur *libri* ambo sic una enicarier p. *Stieglitzius, praeeunte* sic *Goerenzio* ambo ergo sic una enicarier Comprecamur (*uel* precamur *in medio uersu*) *G. Hermannus* ambo ergo una necarier precamur *Maduicus*

IX (19)

Nón decet animum aégritudine ín re crepera cónfici.

X (17)

Nónne officium fúngar uulgi, atque aégre malefactúm feram?

XI (28)

Sí quis hac me orátione incílet, quid respóndeam?

XII (36)

Nunc ne íllum expectes, quándo amico amíciter
Fecísti

XIII (27)

. . quidnam autem hoc sóniti est, quod stridúnt foris?

XIV (15)

. . ubi illic ést? me miseram! quónam clam se elíminat?

XV (20)

Vel cúm illum uideas sóllicitum orbitúdine

Stantes plaudebant in re ficta.' IX Non. 13, 28 'crepera res proprie dicitur dubia .... P. Doloreste ...' X Non. 497, 16 'accusatiuus positus pro ablatiuo .... P. Duloreste ...' (Doloreste W Bamb.) XI Non. 125, 4 'incilare est increpare uel inprobare ... P. Duloreste . . .' XII Non. 510, 22 'amiciter pro amice ... P. Duloreste...' (Doloreste Bamb.) XIII Non. 491, 24 'soniti et sonu pro sonitus et sono. P. Duloreste ...' (Doloreste Bamb.) XIV Non. 38, 31 'eliminare, extra limen eicere. P. Doloreste...' Idem 292, 25 'eliminare rursum excludere. P. Duloreste ...' XV Non. 146, 19 'orbitudinis

---

128 decet *suasit Lachmannus* uetet *libri* aegritudine *Mercerus* aegritudinem *libri* 129 egre *Bamb.* malefactum *edd.* male fatum *libri* 130 *An:* hác si quis?' 131 ne hilum *Scriuerius* quando] quã *Bamb.* 133 quidnam aut hoc *Bamb.* quid stridunt *Bothius* fori *libri* fores *Junius* 134 ille *libri p.* 292 quoniam *libri p.* 292 clam se] clamor *libri p.* 292 clam clam *libri p.* 38 quam clamos *Vossius* quianam clamore *Palmerius Spicileg. ap. Grut. IV* 766 quam clamore *Bothius* quonam clanculo se *Hermannus* quonam clanculum se *Bergkius Mus. Rhen.* 1835 *p.* 77 *An:* ubi ille est? me miseram clamor quoniam eliminat —? 135 cum ultim *Leid.*

XVI (2)

Páter Achiuos ín Caphereis sáxis pleros pérdidit.

XVII (31)

ni cáluitur suspítio,
Hoc ést illud quod fore ocúlte Oeax praedíxérát.

XVIII (29)

'Vtinam nunc matúrescam ingenio, út patrém ulciscí queam!

XIX (Enn. Dul.)

éxemplo Aegisthí fidem
Núncupantes cónciebant pópulum . . . . .

XX (23)

Néc grandiri frúgum fetum pósse nec mitíscere.

XXI (13)

quid? quod etiám mehe
Pigét paternum nómen, maternúm pudet
Profári.

pro orbitate ... P. Duloreste...' XVI Priscianus V p. 668 P. (I p. 208 K.) 'uetustissimi tamen et altera utra ... solebant proferre, et plerus plera plerum absque dictione que ... P. in Duloreste ...' (Pacubius Bern. Halb. Carlsr. b Sang. Pacu(b)uius Reg. Duloreste Darmst. Dulo reste Halb. D(o)uloreste Reg. Dolores te Sang. Carlsr. a Doloseste Carlsr. b Fragm. Amiense) XVII Non. 7, 3 'caluitur dictum est frustratur .... P. Doloreste ...' XVIII Non. 137, 7 'matrescam, matris similis fiam. P. Duloreste ...' Huc fortasse pertinet glossa: 'matrescere, μητράζειν.

XIX Non. 90, 12 'conciere, cum perturbatione commouère ... Ennius Duloreste...' (Pacuuius Scaliger Coni. p. 56) XX Non. 115, 11 'grandire est grandem facere .... P. Duloreste ...' Idem 343, 16 'mitis est maturus.... P. Duloreste ...' XXI Non. 424, 4 'pudet et piget hoc distat: pudet enim uerecundiae est, pigere paenitentiae .... P. Duloreste ...' XXII Non. 342, 1 'mactare est magis augere .... P.

---

136 ach(i)e(o)us *Reg.* acheos *Fragm. Amiense* achaeos *Sang.* Achaeios *Halb.* cap(h)erei' *Reg.* capherei *Fragm. Amiense*, *Halb.* caferei *Sang.* Capharei *ceteri* 137 ni *Hermannus* me *libri* nisi me *Bothius* suspicio *libri* oculte] *cf. Ritschelius Prol. Trin. p.* 124 occulte *libri* praedixit *libri* 139 matrescam *libri* ut meum patrem *libri* 140 exemplo *Scaliger* extemplo *libri* 141 conciebunt *Leid.*, *etiam in W* u *superscr.* 142 foetum *libri p.* 343 mitiscere *superscr.* e *Leid. p.* 115 mitescere *ceteri libri p.* 115 143 quid quondam et mihi *libri* quid? quod et mihi *Bergkius l. l. p.* 76 quid? quoniam et mihi *Junius*

XXII (11)

. . . macte ésto uirtute, óperaque omen ádproba!

XXIII (8)

'Amplus, rubicundó colore et spéctu proteruó ferox.

XXIV (22)

'Is quis est? — Qui té, nisi illum tu óccupas, letó dabit.

XXV (30)

Eho, nón tyrannum nóui, temeritúdine —?

XXVI (3)

. sét me incertat díctio: quin rem éxpedi!

XXVII (16)

Nil cóniectura quíui intèrpretárier,
Quorsúm ceruice fléxa se conténderet.

XXVIII (34)

. . ut ista súnt promerita uéstra, aequiperare út queam

Duloreste ...' XXIII Festus p. 330 M. 's p e c t u, sine praepositione P. in Duloreste usus est cum ait ...' XXIV Non. 355, 17 'o c c u p a r e est proprie praeuenire . . . . P. Duloreste . . .' XXV Non. 181, 21 't e m e r i t u d i n e m pro temeritate. P. Duloreste ...' XXVI Non. 123, 30 'i n c e r t a t, incertum facit. P. D o l o r e s t e ...' XXVII Non. 260, 10 'c o n t e n d i t proripuit uel direxit significat ..... P. Duloreste ...' XXVIII Non. 307, 10 'f a t i s c e r e est aperire, rursum deficere . . . P. Duloreste [153. 154]' Idem 479, 15 'f a t i s c u n t u r pro fatiscunt ... A c c i u s Duloreste [154]' (D o l o r e s t e Bamb.)

---

146 omen approba *Delrio* omenque asprobo *libri* omenque approbo *edd. uel:* omenque approba *uel:* omen comproba *Albertus Langius Quaest. metr. p.* 11 *Recte per se senarium uulgo habent*

147 propteruo *cod., corr. Vrsinus* 148 te nisi *Vossius* tunc si *libri* dabit *Scriuerius* dabis *libri* quem, si illum tu occupas, leto dabis *Hermannus* 149 eho non] euno *libri* egon *ed.* 1526 heu, non *Mercerus* eu, nunc *Bothius* ex te uno *Rothius* tyrannûm *Mercerus* temeritudinem *libri* 150 me *Junius* ne *libri* med *Bothius* *An:* set túa me? quin rem *Scaliger Coni. p.* 69 quam rem *libri* quare *Scriuerius, Hermannus* 151 nil *Junius in mg.* nihil *libri* 152 ceruice flexa *Stieglitzius* flexiuice *libri* flexa ceruice *Junius in mg.* flexiuia dictio *Grotius, probauit Hermannus* perplexa uoce *Bothius* 2 se *Bothius* 2, *om. libri* tum *Junius in mg.* 153 ut ista *Grotius Bibl. crit. nou. IV* ut si ita *libri* at si ita *Gulielmus Misc. quaest.* c. 2 *ap. Grut. III* 458 nunc si ita *Schoppius Veris. III praef.* aequiparare *li-*

Véreor, nisi numquám fatiscar fácere quod quibó boni.

XXIX (25)

'Vnde exoritur? quó praesidio frétus, auxíliís quibus?
Quó consilio cónsternatur, quá-ui, cuius cópiis?

XXX (33)

'Illum quaero, qui ádiutatur.

XXXI (10)

Nam te ín tenebrica saépe lacerabó fame
Clausum ét fatigans ártus torto dístraham.

XXXII (37)

animum quae [moenis]

HERMIONA

I (18)

. . . . . . quo tandem ipsa órbitas
Grandaéuitasque Pélei penúriam
Stirpís subauxit.

II (13)

Tristítia atque animi intóleranda anxitúdine

III (14)

. . . . . át non cernam, nísi tagam.

XXIX Non. 262, 32 'consternari significat deici. Consternari rursum erigi. Pacuuius in Periboea ... idem Duloreste ...' XXX Non. 477, 26 'adiutatur pro adiutat. P. Duloreste ...' XXXI Non. 179, 14 'torto pro tormento. P. Duloreste ...' XXXII Non. 23, 13 'moenes apud ueteres dicebantur non a largitione, [quae] ignota erat, sed consentientes ad ea quae amici uelint. Pacuuius Duloreste: animum quae [Sallustius bell. Iugurth. 103, 6] tum largitio' e. q. s.

Hermiona I Non. 116, 15 'grandaeuitas ...' II Non. 72, 33 'anxitudo ....' III Festus p. 356 M. 'tagit Pacuuius in Teucro

---

bri, *cf. Ritschelius Prol. Trin. p.* 83 *et* 96 154 nisi *libri p.* 307 si *libri p.* 479 sed *Grotius* quod quibo boni *Junius in mg.* quod quiboni *libri p.* 307 quodquod quibo boni *libri p.* 479 155 auxilius *W*

158 tenebrica sepe *Scaliger in Varr. de re r.* 113 tenebricas saepe *libri* 161 quod tamen *libri* quo tamen *Bothius* quoi tamen *Grotius* 162 per penuriam *libri* 163 subaxet *libri* subaxit *Bothius*

165 at non *Bothius*, *Bergkius Ephem. Hal.* 1842 *p.* 239 aut non *cod.* *An:* haut cernam?

IV (12)

Cum néque me aspicere aequáles dignarént meae

V (10)

Prius data est quam tíbi dari dicta, aút quam reditum est Pérgamo.

VI (7)

Quód ego in acie célebra óbiectans uítam bellando áptus sum.

VII (26)

Quid benefacta meí patris, cuius ópera te esse ultum aútumant?

VIII (1)

. . . . . . régni alieni cúpiditas
Pelléxit.

IX (19)

Tuo súb iudicio quae ómnes tetinerím gradus.

X (22)

Nam sólus Danais híc domuitioném dedit.

XI (23)

Par fórtitudo, gémina confidéntia

XII (8)

Laméntas fletus fácere conpendí licet.

— et tagam idem in Hermiona ...' IV Non. 470, 19 'dignaui pro dignatus sum uel dignum duxi ...' Seruius in Aen. XI 169 'alii dignem legunt iuxta ueteres ab eo quod est digno ...' Diomedes I p. 395 P. 'dignò ait Pacuuius in Hermiona ...' V Non. 280, 27 'dicere etiam promittere ....' VI Non. 234, 25 'aptus significat adeptus ...' VII Non. 237, 3 'autumare est dicere. Pacuuius Periboea ... idem Hermiona ...' VIII Varro de L. L. VI 94 M. 'pellexit, quod in Hermiona, quom ait Pacuuius ...' IX Non. 178, 14 'tetinerit pro tenuerit ....' X Non. 96, 1 'domutionem.' XI Non. 316, 18 'geminum rursum simile.' XII Non. 132, 29 'la-

166 me *om. Diomedes* adspicere *Diomedes* aspiceret *Nonius* inspicere *Seruius* meae *om. Diomedes et Seruius* 168 celebra *Bothius* celebro *libri* celebri *H. Stephanus* crebro *Vossius* 169 benefacta mei *Mercerus* benefaciam ei *libri* opera te *uulgo* opera opera te *libri* autumant *Bothius* autumat *libri* 172 tuo *om. libri* tuo iudicio *Vossius* tetinerim gradus *Vossius* grados tetinerim *libri* 173 Danais *Junius in mg.* Danaps *libri* domuitionem *Vossius* domutionem *libri*

XIII (9)

Obnóxium esse aut brútum aut elinguém putes.

XIV (17)

'O flexanima atque ómnium regína rerum orátio!

XV (4)

Quántamque ex discórditate cládem inportem fámiliae

XVI (15)

Habet hóc senectus ín se, cum pigra ípsa sit,
Spisse út uideantur ómnia ei confíeri.

XVII (20)

Paucís absoluit né moraret diútius.

XVIII (6)

. . . . . Tyndareo fíeri contuméliam,
Cuíus ueretur máxume

XIX (5)

Nón tu te e conspéctu hinc amolíre? . . . . .

XX (21)

Sérmonem hic nostrum éx occulto clépit, quantum intéllego.

mentas pro lamentationes.' XIII Non. 77, 33 'brutum dicitur hebes et obtusum . . . Pacuuius Ermiona . . .' XIV Non. 113, 32 'flexanima. Cicero de oratore lib. II: 'tantam uim habet illa, quae recte a bono poeta dicta est flexanima' e. q. s. 'Pacuuius Hermiona . . .' Cicero de orat. II 44, 187 Idem Tusc. disp. II 21, 47 'sed praesto est domina omnium et regina ratio.' Quintilianus I 12, 18 'quique illam, ut ait non ignobilis tragicus, reginam rerum orationem ponet ante oculos.' Non meminit huius loci Porsonus Euripidis Hecub. 816 πειθὼ δὲ τὴν τύραννον ἀνθρώποις μόνην a Quintiliano l. l. significari adnotans XV Non. 97, 1 'discorditas pro discordia.' XVI Non. 393, 2 'spissum significat tarde . . . . .' XVII Diomedes I p. 395 P. 'item moro . . . .' XVIII Non. 496, 30 'cum sit: ueretur illam rem . . . ueteribus genetiuus pro accusatiuo poni placet . . . .' XIX Non. 73, 13 'amolimini est recedite uel tollite . . .' XX Non. 20, 18

---

176 et obnoxium *libri* eum Obnoxium *Vossius* aut obnoxium *Bothius* 177 o *ed.* 1526 hoc *libri* 178 excorditate *Leid.* 179 *sq.* cum pigra ipsa sit, Spisse ut uideantur omnia ei confieri *Bothius* 2 cum pigra est ipsa ut spisse omnia uideantur confieri *libri* 182 Tindareo *libri* 183 cuius a te ueretur *libri* cuius te ueretur *Vossius* *An:* a te Tyndareo fieri contumeliam Cuius ueretur? maxime *Bamb.* 185 clepit *libri* *cf. Hermannus Opusc. III* 119 clepsit *Mercerus*

XXI (16)

Cúrsum liquit: chlámyde contorta ástu clupeat bráccium.

XXII (25)

'Ibo atque edicám, frequentes út eant gratatum hóspiti.

XXIII (11)

Concórditatem hospítio adiunctam pérpetem
Probitáte conseruétis.

XXIV (24)

— — quas gloria et — —
— uarietas humanum [refutat]

ILIONA

I (2)

Ab eá depulsum paédagogandum áccipit
Mamma, út repotia íllic libet . . .

II (4)

Sed hí cluentur hóspitum infidíssimi.

'clepere est furari .....' XXI Non. 87, 26 'clipeat.' (Paccuuius Bamb.) Varro de L. L. V 7 M. 'hic Pacui rudentum sibilus, hic ... hic: clamyde clupeat bracchium.' XXII Seruius in Aen. V 40 'gratatur] quidam gratatur non gratulatur, sed laetatur accipiunt .... Pacuuius in Hermiona hoc uerbum posuit ...' XXIII Non. 88, 20 'concorditas pro concordia.' XXIV Festus p. 277 M. 're[futare significat redargue]re. Pacuius' (cf. H. Keilius l. l. p. 624) 'in Hem[iona .... quas gloria et .... [ua]rietas humanum ...'

Iliona I Festus p. 281 M. 'repotia postridie nuptias apud nouum maritum cenatur, quia quasi reficitur potatio.' II Non. 88, 3 'cluet,

---

186 currum *libri* liquid *Bamb.* chlamyde *uulgo* clamide *Bamb. Nonii et Lachmanno in Lucr. VI 434 teste Mediceus Varronis* clamyde *ceteri libri* clipeat *Nonius, nisi quod* clipeatur *Bamb.* braccium *cf. Lachmannus l. l.* etaccium *Nonii libri plerique* bacchium *Varronis Med. teste Lachmanno* brachium *ceteri libri Varronis* accipium *Bamb. Nonii* 187 edicam *Bothius* dicam *Seruius* 189 probitate *Delrio* probitatem *libri* 190 gloria *Vrsinus* glorin *cod.* 192 *sq.* ab eo depulsum mamma paedagogandum accipit appottalis libet *cod.* (liber *teste H. Keilio Mus. Rhen.* 1848 *p.* 624) ab eo Depulsum m. p. a. Repotialis liber *Scaliger*, *Turnebus Adu. XIII* 25 ab eo D. m. p. a. Repotiali lacte *O. Muellerus* 194 sed hi *Junius in mg.* sed haec *libri* infidissimi *Bothius* infidelissimi *libri*

III (3)

. . . . . blándam hortatricem ádiugat
Voluptátem

IV (Enn. Iliona 1 Hecuba 14)

Matér, te appello, tú, quae curam sómno suspensó leuas
Neque té mei miseret, súrge et sepeli nátum tuum prius quám ferae
Volucrésque
Neu réliquias quaesó meas sieris dénudatis óssibus
Per térram sanie délibutas foéde diuexárier.

nominatur ...' III Non. 75, 13 'adiugare, adiungere. Plautus Chryse ... idem Iliona ...' IV Cicero Tusc. disp. I 44, 106 'ecce alius exoritur e terra, qui matrem dormire non sinat: Mater, te appello ... natum. Haec cum pressis et flebilibus modis, qui totis theatris maestitiam inferant, concinuntur, difficile est non eos qui inhumati sint miseros iudicare. prius quam ferae uolucresque. metuit ne laceratis membris minus bene utatur: ne combustis, non extimescit. [200. 201] Non intellego, quid metuat, cum tam bonos septenarios fundat ad tibiam.' Horatius Serm. II 3, 60 'Non magis audierit quam Fufius ebrius olim, Cum Ilionam edormit, Catienis mille ducentis Mater te appello clamantibus.' Porphyrio in l. l. 'hic Fufius Phocaeus tragoediarum actor fuit, qui cum uellet Ilionam dormientem exprimere, ut ad filii Polydori exsurgeret uocem, in scena obdormiuit.' Idem l. l.: 'Mater te appello] uerba tragici [197].' Acro in l. l.: 'hic Fufius actor tragoediarum fuit, qui cum Ilionam tragoediam ebrius ageret et uellet eam simulare dormientem, grauitate uini ad uerum somnum ductus est' e. q. s. Cicero pro Sestio 59, 126 'at uero ille ... emergebat subito, cum sub tabulas subrepserat, ut Mater te appello dicturus uideretur.' Scholiasta Bobiensis in l. l.: 'deinde post haec intulit uersum de fabula Pacuuiana, quae sub titulo Ilione fertur. In ea est quippe argumentum ita dispositum, ut Polydori umbra secundum consuetudinem scaenicorum ab inferiore aulaei' (sic Halmius: aulae cod.) 'parte procedat et utatur hac inuocatione matris suae, quam sordi-

---

195 sq. *om. W excepta ultima uoce* 196 uoluptatem *Mercerus, Grotius Bibl. crit. n. IV* uoluntatem *libri* 197 tu *Reg. Gud. Bern., om. cum ceteris Bentleius* curam *om. Porphyrio* somno *om. Gud.* suspenso *libri optimi, Bentleius not. ined.* suspensam *libri deteriores, Porphyrio, Bentleius olim* ; 198 neque te mei *libri, Bentleius* neque mei te *Vossius* miseretur *Bentleius* tuum *Bentleius, om. libri* 198 sq. prius Quam ferae *Bentleius* 200 neu reliquias semiassi reis *Gud. Bern.* neu rel. semiassireis *Reg.* neu rel. semiassi regis *ceteri libri* Neu tu reliquias sic meas sieris *Fleckeisenus, nisi forte aliud quoddam, quod iambi mensuram aequet, in literis se lateat* Neú reliquias semiesas *uel* sic meas siris *Bentleius* 201 per terram *libri*

V (Enn. Iliona 2)

. . . age adstá: mane, audi: íteradum eadem istaéc mihi!

VI (Att. Iliona 2)

. aút stagnorum umórem rimarém, loca

VII (10)

Quos égo ita ut uolui offéndo incolumis . . .

VIII (9)

Profécto aut inibi est aút iam potiuntúr Frugum.

IX (6)

Di me étsi perdunt, támen esse adiutam éxpetunt,
Cum príus quam intereo spátium ulciscendí danunt.

X (13)

Fac út coepisti: hanc óperam mihi des pérpetem:
Oculós transaxim. .

XI (1)

Cur ínlacuetur híc? — Mecum altercás? tace.

datus et lugubri habitu, ut solent qui pro mortuis inducuntur, filius implorabat.' Cicero Acad. pr. II 27, 88 (cf. V) V Cicero Acad. pr. II 27, 88 'quid? Iliona somno illo, Mater te appello, nonne ita credit filium locutum, ut experrecta etiam crederet? unde enim illa: age . . . mihi? num uidetur minorem habere uisis quam uigilantes fidem?' Idem Epist. ad Att. XIV 14, 1 'Iteradum eadem ista mihi.' Eisdem uerbis Cicero utitur etiam in Tusc. disp. II 19, 44 VI Non. 382, 8 'rimari dicitur scrutari, quaerere ... Pacuuius Atalanta ... Accius Ilione ...' (accuius Leid. Pacuuius Rothius) VII Non. 359, 2 'offendere, inuenire.' VIII Non. 124, 25 'inibi pro sic et mox ...' IX Non. 97, 14 'danunt, dant.' Idem p. 104, 5 'expetunt pro uolunt.' X Festus p. 217 M. 'perpetem pro perpetuo dixerunt poetae. Pacuius inliona ...' XI Non. 470, 7 'altercata est, passiuum.'

---

tetra *uel* putri *Bentleius* delibutam *duo Oxon., Lambinus* 202 eadem istaec *Manutius* eadem ista *codd. epist. et Tusc.* eadem et istá *libri Acad.* *Fleckeisenus proposuit baccheos:* age, ádsta: mane aúdi: iterádum eadem istaéc mi 203 humorem *libri* humidorum *Vossius* loco *Geneu. Basil.* 205 aut iam *Lipsius Ant. Lect. IV* 17 tam iam *libri* haut inibi est: tam iam *Handius Tursell. III* 382 206 petúnt *libri p.* 97 207 quod prius *libri p.* 97 208 perpetim *Vossius* 209 oculis traxerim *cod., quod Bergkius Ephem. Hal.* 1842 *p.* 237 *ita tuetur, ut post* perpetem *talem fere uersum excidisse suspicetur:* et . . . in . . . Vt luminis auras perpetem (oculis traxerim). oculis transaxim '*i. e. nutu eam transegero*' *O. Muellerus* 210 inlaquetur *Leid. Bamb.* inlaque-

XII (7)

Ne pórro te error, quí nunc lactat, mácerat

XIII (5)

Quis deós infernos, quíbus caelestis dígnet decorare hóstiis.

XIV (11)

'Occidisti, ut múlta paucis uérba unose obnúntiem.

XV (14. Att. Iliona 1)

Ibo ád eum ut sciscam quid uelit. — Valuaé sonunt.

XVI (12)

Repúgnanti ego porro húnc ui detraxi úngulum.

XVII

Quí uelox supérstitione cúm uecordi cóniuge

XVIII (8)

. . usi honóre credo hunc scéptrum patientúr poti.

MEDVS

I (17)

. accessi Aeam, ét tosillam pégi lecto in lítore.

XII Non. 16, 18 'lactare est inducere uel mulgere, uellere, decipere ...' XIII Non. 98, 14 'dignet, dignos putet.' XIV Non. 183, 20 'unose, simul.' XV Non. 505, 26 'sonunt etiam inde manauit. Ennius Andromache aechmalotide ... Iliona: ibo' e. q. s. (Accius Iliona Aldina Pacuuius Iliona Junius in mg.) XVI Festus p. 375 M. 'ungulus Oscorum lingua anulus — — Pacuuius in Iliona: repugnanti' e. q. s. XVII Festus p. 372 M. 'uecors est turbati et mali cordis.' XVIII Non. 475, 28 'poti pro potiri.'

Medus I Festus p. 356 M. '[tonsillam ait] esse Verrius palum dolatum [in acumen et] cuspide praeferratum, ut existi[mat, qu]em configi in litore nauis re[ligandae] causa. Pacuuius in Medio ...' Priscianus X p. 894 P. (I p. 495 K.) 'pango quoque pegi, et ex eo compositum

---

etur *ceteri* mecum *ed.* 1480 meum *libri* *Personas distinxit Bothius* 212 hostiis *Junius* hostis *libri* 213 uerba *om. Leid.* 214 eam *libri* uelit *ante Ald.* uelint *libri* ualuae *edd.* balue *libri* 216 uelox *O. Muellerus* ueloci *cod.* 217 usi honore *ed. princ.* usi honore *W* usi onere *Leid. Bamb.* usi honere *ceteri libri* tu si conere *Mercerus* hunc] adhuic *libri* 218 accessi Aeam *Bergkius Mus. Rhen.* 1835 *p.* 78 acces . . . eam *cod.* accessi Aean *O. Muellerus* tosillam *Festi cod., tuetur Muellerus* tonsillam *Par. Heidelb. Prisc.* tonsilla *ceteri libri* lecto *Bergkius l. l.* laeto *Festus* cliuo *Prisc. Erl., fortasse recte* leuo *Prisc. Carlsr. Halb. Par. Sang.* laeuo *ceteri*

II (18)

Té, Sol, inuocó, [mi proaue], ut mihi potestatém duis
'Inquirendi meí parentis!

III (19)

. . quês sunt és? — Ignóti, néscio ques ignóbiles.

IV (14)

Quae rés te ab stabulis ábiugat? — Certum ést loquí.

V (2)

Clamóre et sonitu cólles resonantés bount.

VI (5)

Diuórsi circumspícimus, horror pércipit.

VII (1)

Quíd tandem? ubi ea est? quó receptast? — 'Exul incerté uagat.

impingo impegi facit. Pacuuius in Medo: tonsillam' e. q. s. (Medio Grut. Sang., et i rursus deleto Carlsr.) De nomine Medio cf. O. Muellerus in Varr. de L. L. VI 60 II Charisius I p. 70 P. (58 Lind.) 'heres, parens, homo ... masculino genere semper dicuntur . . . et P. in Medo cum ostenderet a Medo matrem quaeri, ait ...' III Charisius I p. 108 P. (77 Lind.) 'i m pro eum ... et declinari ita: is eius ei eum uel im, numero plurali, ut est locutus P. in Medo ...' Idem I p. 70 P. (51 Lind.) 'ques autem dixisse ueteres testimonio est Cato . . . et Pacuius: ques' e. q. s. (Patulus cod.) Priscianus XIII p. 960 P. (I p. 567 K.) 'nominatiuum quoque pluralem non solum in i et ae, sed etiam in es, qui quae uel ques, ut P. in Medo: ques sunt isti?' IV Non. 73, 22 'abiugat, separat, alienat. P. Medo ...' V Non. 79, 4 'bount dictum a boum mugitibus. P. Medo ...' VI Macrobius Sat. VI 1 'Vergilius: diuersi circumspiciunt. hoc acrior idem. P. in Medea ...' (Pacubius Anglic. Med. media Anglic.) VII Non. 467, 25 'uagas pro uagaris ... P. Medo ...'

---

219 mi proaue *om. cod.* te sol inuoco, Inquirendi ut mei parentis. mihi potestatem duis *Bothius* 221 ques] q̄ *Charisii cod. p.* 70 q̄ *Grut. Prisciani* es *Charisii cod. p.* 108 (*cf. Fleckeisenus Mus. Rhen.* 1850 *p.* 272), *om. p.* 70 isti *Priscianus* ii *ed. princ. Charisii p.* 108 ignobiles *om. Charisius p.* 108 *Personas distinxit Grotius Bibl. crit. n. IV* 222 certum eloque *Bothius* 2 *Personas distinxit Bothius* 1 224 precipit *Salisb.* 225 qui tandem *Bamb.* quo receptast *uel* receptata *Bergkius l. l. p.* 77 quod receptat *libri* quo ire coeptat *Mercerus* incerte *Bergkius l. l., qui personas distinxit* incerta *libri* incerta an *Vossius* incertan' *Bothius*

VIIII (12)

Cedo quórsum itiner tetinísse aiunt?

IX (21)

Si résto, porgit út eam: si ire cónor, prohibet baétere.

X (20)

Cústodite istúnc uos, ne uim qui áttulat neue áttigat.

XI (13)

Linguaé bisulcae iáctu crispo fúlgere

XII (3)

mulier egregiíssima
Forma

XIII (Enn. Medus)

Caélitum camílla, expectáta áduenis: salue, hóspita!

XIV

Vitám propagans éxanimis altáribus

XV (11)

Populóque ut faustum sémpiterne sóspitent.

VIII Non. 178, 10 'tetinerit pro tenuerit. P. Medo ...' IX Non. 77, 25 'betere' (baetere Bamb.) 'id est ire ... P. Nyptra: uos hinc defensum patriam in pugnam. Idem bibite Medo: si résto' e. q. s. (pugnam betite. Idem Junius) X Diomedes I p. 378 P. 'attingo ... reperimus apud nonnullos auctores, quibus eloquentiae et elegantiae tributa est opinio, sine n litera dictum, quasi attigo attigis. P. in Medo ...' Non. 246, 3 'attollere, afferre. P. Medo ...' XI Non. 506, 16 'fulgere correpte pro fulgere ... P. Medo ...' XII Priscianus III p. 600 P. (I p. 108 K.) 'uetustissimi tamen huiuscemodi' (sc. piior, arduïor) 'comparatiuis est quando sunt usi ... P. in Medo ...' (Pacubius Grut. Halb. Carlsr. Medio Carlsr. cum recentioribus libris) XIII Seruius in Aen. XI, 543 'unde Vergilius bene ait Metabum Camillam appellasse filiam, scilicet Dianae ministram. Nam et P. in Medea cum de Medea loqueretur ...' Eadem habet Macrobius Sat. III 8, 7 (Pacubius libri) Varro de L. L. VII 34 M. 'in Medio: caelitum' e. q. s. 'camillam, qui glossemata interpretati, dixerunt administram.' (Medio Goth. Haun. Par. b Medo Flor. Par. a)
XIV Schol. Veron. in Aen. V 93 p. 94 Keil. 'altaria limina —— P. in .edio ...' (Medo Maius) XV Non. 170, 19 'sempiterne. P. Me-

---

226 cedo *Mercerus* credo *libri* itiner *Aldina* itinere *libri* 227 pergitur eam *libri* pergit, ut eam *Mercerus* baetere *commendat Fleckeisenus* betere *libri* 228 istum *Nonius* hunc *Diomedes* ne eum qui *Nonius* ne quis uim *Diomedes* attollat neue qui attigat *Nonius* 229 lingue *Bamb.* bisulcae iactu *N. Faber* bisulcis actu *libri* 230 egregissima *Grut.* egregíssima *Darmst. corr. m. pr.* 233 exanimis] ex ar ... *cod.* ex aris et *Maius, H. Keilius*

XVI (16)

Repúdio auspicium: régrediundum est ílico.

XVII (4)

Possum égo istam capite cládem auerruncássere.

XVIII (15)

Quá super re ínterfectum ésse dixti Híppotem?

XIX (7)

Atque éccum in ipso témpore ostentúm senem!

XX (Enn. Medea 5)

Quís tu es, mulier, quaé me insueto núncupasti nómine?

XXI (9)

Séntio, patér, te uocis cálui similitúdine.

XXII (10)

. . . sed quíd conspicio? núm me lactans cáluitur
Aétas?

do ...' Idem 176, 5 'sospitent, saluent ... P. Medô ...' XVI Non. 325, 1 'ilico significat statim, mox. P. Medo ...' XVII Non. 74, 25 'aberruncare, auertere ... Pacuuius Medo ...' (auerruncare euertere Bamb.) XVIII Festus p. 305 M. 'super — — ponitur etiam pro de, Graeca cousuetudine; ut illi dicunt ὑπὲρ — — P. in Medo: qua' e. q. s. XIX Festus p. 194 M. 'ostentum nou solum pro portento poni solere, sed etiam participialiter .... testimonio est P. in Medo: atque' e. q. s. XX Non. 198, 1 'euis et generi feminino attribui posse ueterum auctoritas uoluit ... Pacuuius: quis' e. q. s. Varro de L. L. VI 60 M. 'nuncupare nominare ualere apparet in legibus ... item in choro in quo est ... item in Medio: quis' e. q. s. Diomedes II p. 447 P. 'quis mulier ... ut apud Ennium: quis' e. q. s. 'pro quae feminino masculinum quis posuit.' Charisius IV p. 240 P. (159 Lind.) 'soloecismus fit ... pronominibus, ut: quis tu es mulier? pro quae.' Pompeius commentario ms. in Donatum (apud Ruhnkenium in Iul. Rufinian. p. 262) 'apud maiores nostros indifferenter inuenimus hoc pronomen; quis uir et quis mulier ... Est autem ratio et origo huius pronominis a Graeco ... τίς autem apud illos est tam masculini generis quam feminini. Ergo ... seruauerunt etiam genus antiqui, ut est: quis tu es mulier, qui me hoc nuncupasti nomine? Qui mulier habemus et in Ennio et in Pacuuio et in ipso Terentio.' Pacuuio ascripsit Scaliger Coni. p. 71 XXI XXII Non. 6, 29 'cal-

---

234 populoque ut *libri p.* 170, *nisi quod literis* po *compunctis W* populo qui *libri p.* 176 236 istam capite] istanc a te *Lipsius Ant. Lect. V* 14 237 dixti Hippotem] Hippotem dixisti *cod.* 239 quisquis *Nonius* qui me insueto *Diomedes* qui me hoc *Pompeius* 240 calui *libri plerique* catui *W Leid.* caty *Bamb.* y *recentiore manu scripto* 241 conspitio *Bamb.* aetas *libri* Aeetes *Bergkius l. l. p.* 78

XXIII (22)

neque — — [profundum]

XXIV (inc. trag. 36)

Cicero de nat. deor. III 19, 48 'quid Medeae respondebis ... quid huius Absyrto fratri, qui est apud Pacuuium Aegialeus? sed illud nomen ueterum literis usitatius.'

NIPTRA

I (10)

Cédo tamen pedém tuum lymphis fláuis, flauum ut púluerem
Mánibus isdem, quíbus Vlixi saépe permulsi, ábluam
Lássitudinémque mínuam mánuum mollitúdine.

II

Anticlea

Lénitudo orátionis, móllitudo córporis

III (9)

Páriter te esse erga íllum uídeo, ut íllum ted ergá scio.

IV (4)

Spartám reportare ínstat, id si pérpetrat.

V (8)

Nec úlla subscus cóhibet compagem áluei,

uitur dictum est frustratur ... Pacuuius Medo: sentio ... similitudine. Sed quid' e. q. s. XXIII Festus p. 229 M. '[profundum dicitur id quod] altum est ac fundum [habet longe. Pacuuius] in Medo: neque... ....'

Niptra I Gellius II 26 'flauus contra uidetur ex uiridi et rufo et albo concretus ... sic multo ante' (sc. Vergilium) 'Pacuuius aquam flauam dixit et flauum puluerem, cuius uersus, quoniam sunt iucundissimi, libens commemini ...' II Cicero Tusc. disp. V 16, 46 'ea, quae Anticlea' (Anticlia Pith. Euryclea uideri habere aliq. Oxon. cum ed. Ven. 1481 testatur Orellius) 'laudat Vlixi pedes abluens ...' Non. 132, 3 'lenitudine pro lenitate ... Cicero Tusculanarum lib: IIII: lenitudo' e. q. s. III Non. 375, 7 'pariter, similiter... P. Nitra ...' IV Festus p. 217 M. 'perpetrat, peragit, perficit. P. in Teucro — etinni patris: Spartam' e. q. s. (et in Niptris Scaliger) V Festus p. 343

244 tamen] tū *Vat.* tū *Rott.* tuum *om. libri* mihi *Bothius* flauum] fauum *Reg. Rott.* fuluum *Palat. teste A. Maio in Frontonis ed. Rom. p.* 338 248 ted *Vossius* te *libri* 249 reportare *O. Muellerus* reponare *cod.* reportari *Lindemannus* repedare *uel* reponere *Scaliger* deponere *Bothius* 250 subcus *cod. p.* 343 conpagem *cod. p.* 343 *teste H. Keilio l. l. p.* 626

Sed súta lino et spárteis serílibus

VI (3)

Inde Aétnam aduenio móntem in scruposám specum.

VII (2)

aetate íntegra,
Feróci ingenio, fácie procerá uirum

VIII (12)

Vos hínc defensum pátriam in pugnam baétite.

IX (7. 5. 6)

Vlixes

Pedetémptim ac sedató nisu,

M. 'serilla' (serilia Turnebus Adu. XVII 7) 'Verrius appellari putat nauigia Histrica ac Liburnica, quae lino ac sparto condensantur, a conserendo et contexendo dicta, quia dicat P. iu Niptris: nec ulla' e. q. s. 'cum περιφραστικῶς et ficto uocabulo usus sit pro funiculis, qui sparto conseruntur.' Idem p. 306 M. '[subscudes ap]pellantur cuneatae ta[bellae, quibus] tabulae inter se con[figuntur, qui]a, quo eae immittuntur, [succuditur. Pa]cuius inniptris' [250] (cf. H. Keilius l. l. p. 625). Paulus Festi p. 307 M. 'subscudes appellantur tabellae' e. q. s. 'Pacuuius: nec ulla s. c. compagem.' VI Non. 223, 1 'specus ... feminino ... Accius Niptris...' Priscianus VI p. 713 P. (I p. 270 K.) 'hic specus, quod tam masculinum quam neutrum inuenitur . . . feminino tamen hoc nomen quoque inuenitur ... Pacuuius in Niptris: aduenio in scrupulosam specum.' (Pacubius Carlsr. Grut. Sang.) VII Non. 52, 33 'faciem, totius corporis formam, πρόςωπον, id est os, posuit antiquitas prudens ... P. Nupta...' Gellius XIII 29 'sicuti quidam faciem esse hominis putant os tantum et oculos et genas, quod Graeci πρόςωπον dicunt: quando facies sit forma omnis et modus et factura quaedam corporis totius ... itaque Pacuuius in tragoedia, quae Niptra inscribitur, faciem dixit hominis pro corporis longitudine. Aetate, inquit, integra' e. q. s. VIII Non. 77, 25 'betere' (baetere Bamb.) 'id est ire . . . P. Nyptra . . . in pugnam. Idem bibite Medo ...' (pugnam betite. Idem Medo Junius) IX X Cicero Tusc. disp. II 21, 48 'non nimis in Niptris ille sapientissimus Graeciae saucius lamentatur uel modice potius. Pedetentim, inquit, ite et [256—258] Pacuuius hoc melius quam Sophocles: apud il-

251 serilibus *cod. teste H. Keilio, Turnebus* serillibus *uulgo* 252 inde aduenio montem Aetam scr. sp. *Nonius* aduenio in scr. sp. *ceteris omissis Priscianus* inde aduenio montem Oetam scr. sp. *edd., Bentleius. Possis etiam:* Aetnam inde montem aduenio in scr. sp. scruposam *Nonius, nisi quod* scripsam *Leid.* scrp^u^losam *Carlsr. Prisciani* serpulosam *Grut.* scropulosam *Sang.* scrupulosam *ceteri libri* 254 uirum *om. Nonius* 255 uos *edd.* bos *libri* betite *Junius* bibite *libri* 256 pedetemptim *Charisius* peditemtim *Reg.* peditentim *Pith.* petitentem *Gud., corr. altera sed ea antiqua manu* pede-

Ne súccussu arripiát maior
Dolor

* * *

Chorus

Tu quóque Vlixes, quamquám grauiter
Cernímus ictum, nimis paéne animo es
Mollí, qui consuetú's in armis
Aeuom ágere.

* * *

Vlixes

Retinéte, tenete! opprímit ulcus:
Nudáte! heu miserum me, éxcrucior!
Operíte abscedite iámiam.
Mittíte: nam attrectatu ét quassu
Saeuum ámplificatis dolórem.

X (11)

Vlixes

Cónqueri fortúnam aduersam, nón lamentarí decet:
'Id uiri est offícium, fletus múliebri ingenio ádditus.

lum enim perquam flebiliter Vlixes lamentatur in uulnere: tamen huic leuiter gementi illi ipsi, qui ferunt saucium, personae grauitatem intuentes non dubitant dicere [259—262] Intellegit poeta prudens, ferendi doloris consuetudinem esse non contemnendam magistram. Atque ille non inmoderate magno in dolore [263. 264] Incipit labi: deinde ilico desinit [265—267] Videsne ut obmutuerit non sedatus corporis, sed castigatus animi

---

tentim *celeri libri* ac *Charisius* ite et *Ciceronis libri* 260 ictu *Gud. Reg. Pith.* 261 consuetu's *Wolfius in ed. pr., quo metrum pessumdari affirmantem Orellium non intellego* consueris *Bentleius* consueueris '*codex optimus*' *Dauisii, Wolfius in ed. alt.* 262 aeuom *Gud. Reg. Pith. teste Halmio* aeuum *celeri libri* *Hos quattuor uersus* 259—262 *Bentleius sic censuit scribendos esse*: tu quoque, Vlixe, || Quamquam grauiter cernimus ictum, || Nimi' paene animo es molli, qui con || sueris in armis aeuum agere 263 opprimit *Vossius* opprimite *libri* 264 me miserum *aliq. libri, Bentleius* 265 opirite *Pith.* abscedite, iamiam *Dauisius* 266 atrectatu *Reg. Pith.* 269 additus *Gud.* additu'st *Bentleius. Probat Wesenbergius Emend. Tusc. II p.* 46 additus, *quod potuerit quidem iterari est, sed non oportuerit*

XI (1)

Barbáricam pestem súbinis nostris óptulit,
Nouá figura fáctam, commissam ínfabre.

PENTHEVS

Seruius in Aen. IV 469 'Pentheus autem secundum tragoediam Pacuuii furuit etiam ipse, de quo fabula talis est: Pentheus, Echionis et Agaues filius, Thebanorum rex, cum indignaretur ex matertera sua Semele genitum Liberum patrem coli tamquam deum, ut primum comperit eum in Citherone monte esse, misit satellites, qui eum uinctum ad se perducerent, qui cum ipsum non inuenissent, unum ex comitibus eius Acoeten captum ad Pentheum perduxerunt. Hic cum de eo grauiorem poenam constitueret, iussit eum interim claudi uinctum: cumque sponte sua et carceris fores apertae essent et uincula Acoeti excidissent, miratus Pentheus expectaturus sacra Liberi patris Citherona petit, quem uisum Bacchae discerpserunt. Prima autem Agaue mater eius amputasse caput dicitur, feram esse existimans.' Glossae in eundem l. Berolinenses (ms. Lat. fol. 34): 'Pacuuius quidem poeta fuit, qui fecit tragoediam de Pentheo: inducit eum furuisse.'

PERIBOEA

I (1)

. . árdua per lóca agrestia
Trepidánte gradu nitítur.

dolor? Itaque in extremis Niptris alios quoque obiurgat, idque moriens [X].' Charisius II p. 190 P. (127 Lind.) 'pedetemptim ... Tullius Tusculanarum secundo: pedetemptim ac sedato nisu.' XI Non. 40, 32 'infabre, foede, ut est affabre pulchre. P. Niptra ...' Idem 248, 20 'committere, effigiare. P. Niptra ...'

Periboea I Non. 353, 14 'niti rursum ambulare.'

---

270 subinis *Bern. b p.* 248 *cf. Paulus Festi u.* sybinam *p.* 336 *M.* sabinus *ceteri libri p.* 248 nauibus *libri p.* 40 optulit *libri p.* 248 optum *Leid. p.* 40 obfulit *ceteri ibidem* 271 nouam figura fatam *Geneu. Bern. b p.* 248 nouam figuram factam *ceteri ibidem* 272 *sq. Anapaestos agnouit Vossius, constituit Bothius. Bergkius hoc schema commendauit* –́⏑⏑–⏑⏑––́⏑⏑–⏑⏑–⏓ 272 agrestia *Bothius* agresti *Bern. b* agrestia ac *ceteri libri. uel* agresti ac *uel* agrestia *Vossius* 273 adtrepidante gradu *Bergkius*

II (20)

... corpusque meúm tali
Maeróre aegrore macóre senet.

III (19)

Lapít cor cura, aerúmna corpus cónficit.

IV (4)

Parum ést, quod tē aetas mále habet, ni etiam hunc ád malam
Aetátem adiungas crúciatum reticéntia?

V (14)

. . . . . pátior facile iniúriam,
Si est uácua contumēlia.

VI (24)

Mane, éxpedibo: ac tú mihi contra quód rogo
Respóndeas.

VII (26)

Gnate, órdinem omnem, ut déderit enódá patri.

VIII (8)

Constérnare, anime, ex péctore hoc euóluere

II Non. 137, 1 'macore pro macie.' III Non. 23, 8 'lapit significat obdurefacit et lapidem facit.' IV Non. 1, 31 'aetatem malam senectutem ueteres dixerunt ....' (Paçubius Bamb.) V Non. 430, 15 'iniuria a contumelia hoc distat: iniuria enim lenior res ést.' VI Non. 477, 2 'expedibo pro expediam ...' VII Non. 15, 17 'enoda significat explana ....' VIII Non. 262, 27 'consternari significat deici. Conster-

---

274 tali] tabe *ed.* 1526 tabificabile *Bergkius Mus. Rhen.* 1835 *p.* 78 275 merore libri aegrore *Lachmannus in Lucr. VI* 1132 errore *libri*, *nisi quod* error *Leid.* 276 erumna *libri* 277 nisi *Bamb.* hic *libri* 278 reticentia *Leid. m. pr.*, *Gulielmus Veris. I* 17 reticenti *ceteri libri. An:* reticentiae? 280 uacua contumelia *Bothius* uacua a contumelia *libri* 281 expedibo fac tum mihi contra quod *libri*, *sed* tum *om. Bamb.* 'Expedibo: fac tu mihi quod contra *Delrio* 'Expedibo: fac tu contra mihi quod *Bothius* 283 gnate *Mercerus* gnato *libri* ut ut erit *Palmerius Spicileg. ap. Grut. IV* 806 enoda *Mercerus* enodat *libri*

284 *sq.* consternare animae ex pectore hac et uoluere consilium subit omnes quod de nata est modo *libri* consternatae animo, expectoratae haec uoluere. Consilium subiit omnes, quod natum est modo *Lipsius Epist. quaest. III* 21 consternatae, animum expectoratae uoluere Consilium subit omnes e re nata modo *Palmerius Spicileg. ap. Grut. IV* 786 consternare, anima, expectora haec, it uoluere Consi-

Consilium subitum omnís, quod enatúmst modo,
Qui pácto inimicis mórtem et huic uitam ádferas.

IX (6)

Nam mé perbitere, íllis opitulárier
Quouís exitio cúpio, dum prosím . .

X (15)

. . . . . régnum potior, cóniugem macto ínferis.

XI (18)

Nón potest, Melanippe, hic sine tua ópera exanclari labos.

XII (12)

Postquam ést oneratus frúgum et floris Líberi

XIII (22)

Ecfáre, quae cor tuúm timiditas térritet.

XIV (13)

Et támen offirmato ánimo mitescít metus.

XV (5)

. . sed nescio quídnam est: animi horréscit, gliscit gaúdium.

XVI (25)

Regum ímperator, aéternum deorúm sator!

nari rursum erigi.' IX Non. 153, 23 'peruitere, perire.' (Pacuuius om. Bamb.) X Non. 501, 21 'potior illam rem.' XI Non. 292, 4 'exanclari, perfici.' XII Non. 498, 12 'genetiuus positus pro ablatiuo .....' XIII Non. 228, 17 'timor ... feminini.' XIV Non. 406, 9 'tamen significat tandem.' XV Non. 22, 16 'gliscit est congelascit et colligitur, uel crescit uel ignescit ....' XVI Non. 495, 26 'accusatiuus numeri singularis positus pro genetiuo plurali....

---

lium subito mens, quod de nata est modo *Schegkius Praem. epist.* 8 *ap. Grut. IV* 901 consternate anime, expectora haec et uoluere Consilium, subito omine quod enatum est modo *Vossius* consternate anime, ex pectore hoc euoluere Consilium subeat (studeas *idem* 2) omne, quod natum est modo *Bothius* 286 quo *Schegkius* afferas *ed. Mediol.* efferas *libri* 287 perbitere *Junius* peruitere *libri* 288 prosim modo *Gulielmus Veris. I* 17 290 melan ipse *Basil.* Menalippe *ceteri libri* hic *libri plerique* inc. *Basil.* labos *Lipsius V. L. II* 28 clauos *libri* 291 oneratus *Bamb.* honoratus *ceteri libri* 292 ecfare *Mercerus* et fare *libri* 293 et *om. libri* 294 horrescit, gliscit *edd.* horrescit et gliscit *libri* horresco, gliscit *Bothius* 2 295 regum *Guliel-*

XVII (10)

. . . . ueniám precor
Peténs ut quae egi ago áxim, uerruncént bene!

XVIII (17)

Tu, múlier, tege te et túta templo Líberi.

XIX (23)

nám si te regerét pudor,
Siue ádeo cor sapiéntia inbutúm foret

XX (21)

Métus egestas maéror senium exílium et senectus . . .

XXI (11)

Tríplici pertimefáctus maeróre ánimi incerte erráns uagat.

XXII (9)

Béluarumque húc ferarum aduéntus ne taetrét loca.

XXIII (28)

quamquam aetás senet,
Sátis tamen habeam úirium ut te ara árceam.

Pacuuius Athalanta ... idem Periboea ...' XVII Non. 185, 26 'uerruncent, id est uertant ...' Idem 505, 18 'axim, egerim. P. Periboea: ut quae egi ... uerruncent.' XVIII Non. 476, 12 'tutant ...' XIX Non. 521, 10 'inbuere consuetudo inducere uel inficere existimat ....' XX Non. 3, 1 'senium est taedium et odium, dictum a senectute ... nam aetatem malam senectutem ueteres dixerunt ... senium ipsum positum sic ... P. Periboea ...' (Pacubius W Leid. m. pr. Bamb.) XXI Non. 467, 33 'uagas pro uagaris .... P. Periboea: in triplici' e. q. s. (Periboeam triplici Bamb.) XXII Non. 178, 8 'tetret, fedet, polluat.' XXIII Priscianus X p. 887 P. (I p. 487 K.) 'senesco inchoatiuum est: nam positiuum eius seneo inuenitur in usu ...' (Pacubius Sang. Carlsr. Grut.)

---

mus Veris. I 17 regnum *libri* aeternum deorum *N. Faber* aeternum morum *libri plerique* aeternum mox *Bamb.* aeterne humanum *Bothius* 296 precor ueniam petens *libri* 297 aut *libri p.* 505 qua *Leid. Bamb. p.* 505 axim *ed.* 1526 exim *libri p.* 185 uel axim *libri p.* 505 euerruncen *libri p.* 505 298 tota *Bamb.* templo *Albertus Langius Quaest. metr. p.* 13 templa *libri* 299 regeret *ed.* 1526 tegeret *libri* 301 exiliumque et senectus *libri* et senectus et sitis Perpetua *Lud. Carrio Emend. II* 16 *ap. Grut. III* 176, *ex ed. Veneta* 1483 302 triplici *uel* hinc triplici *uel* is tr. *uel* multiplici *Vossius* in triplici *libri praeter Bamb., de quo uide supra* merore *libri* 303 beluarum ac ferarum *libri* 305 satis habeam tam̄ *Reg.*

XXIV (3)

Neque tuúm te ingenium móderat, neque fratérnum ira exiliúm leuat.

XXV (27)

'O multimodis uárium et dubium et prósperum copém diem!

XXVI (16)

Fléxa, non falsa aútumare díctio Delfis solet.

XXVII (2)

. . scrupea saxéa Bacchi
Templá prope adgredite!

XXVIII (7)

. . . thiasantém fremitu
Concíte melum!

TEVCER

I (6)

Quae désiderio alúmnum, poenitúdine
Squalés scabresque incúlta uastitúdine

XXIV Non. 336, 26 'leuare rursum releuare....' Idem 471, 7 'moderant pro moderantur.' Idem 472, 20 'moderant pro moderantur...' XXV Non. 84, 23 'copi pro copioso...' XXVI Non. 237, 2 'autumare est dicere.' XXVII Varro de L. L. VII 6 M. 'in caelo templum dicitur, ut in Hecuba ... in terra, ut in Periboea...' XXVIII Non. 213, 13 'melos ... masculino ...'

Teucer I Non. 152, 29 'poenitudinem. P. Teuchro ...' (Teucro Bamb.) Idem 169, 23 'scapres pro scabres ...' Idem 185, 2 'uastities et uastitudo et uastitas ...' Idem 243, 4 'alumnum, filium ...' Festus p. 372 M. 'uastum pro magnum; ponitur tamen et pro inani. Accius — et Pacuuius [314]' Eundem uersum uidetur Varro Ma-

satis habeam rem *Sang. Carlsr. Halb. Grut.* satis habeam tamen *Krehlius* te ab ara *Putschius* 306 tunc te *libri p.* 336 moderant *libri p.* 336 *Bamb. p.* 471 fraternon *libri p.* 471 uetat *libri p.* 471 307 multimodis *edd.* multimodiis *libri* uarie, dubium *libri* 309 *sq. Numeros Bergkius eosdem habet ac u.* 272 *sq.* saxea *Florentinus teste Lachmanno, probauit post Lachmannum Bergkius* saxa *ceteri* 310 adgreditur *libri* 311 thesiantem *libri*, h *in W superscr.* thyasiantem *Junius* thyasantem *Scriuerius* cuncta excitantem *Bothius* 2 fremitu *Junius* fremita *libri* 312 concidi *libri* concine *Palmerius Spicileg. ap. Grut. IV* 778 313 penitudinis *Bamb. p.* 152 poenitudini *ceteri libri p.* 152 314 squales scabresque *Nonius p.* 243 squales scabresquae *idem p.* 185 sq. scabresqua *idem p.* 169

II (11)

Postquám defessus fuít perrogitando áduenas
De gnátis, neque eorúm quemquam inuenít scium

III (20)

Neque pérpetrare précibus inpetríta quit.

IV

Nihílne a Troia adpórtat fando? . . .

V (17)

Quam té post multis túeor tempestátibus!

VI (22)

Periére Danai, pléra pars pessúm datur

VII (19)

Profúsus gemitu, múrmure 'occisti' ántruat.

nio saturae inseruisse, unde Nonius haec affert iam a Carrione Ant. Lect. I 2 cum nostris collata (p. 226, 4 'squalor feminini' 185, 16 'uastescant' 168, 19 'scabre' 125, 32 'inluuies, sordes'): 'ager derelinqueretur ac periret Squalé scabreque inlúuie et uastitúdine, quorum priora paulo fortasse uiolentius Meinekius in numeros coegit scribendo: 'agér relinquerétur et perbiteret.' II Priscianus IV p. 634 P. (I p. 160 K.) 'scio, scius: sic Appuleius . . . et P. in Teucro . . .' (Pacubius Sang. Reg. Carlsr. Halb. Grut.) III Festus p. 217 M. 'perpetrat, peragit, perficit. Pacuuius in Teucro: neque' e. q. s. (cf. H. Keilius l. l. p. 622) IV Schol. Veron. in Aen. II 81 p. 84 Keil. '[fando . . .] et P. in Teucro . . .' V Non. 407, 32 'tempestas, tempus . . .' Idem 414, 2 'tueri, uidere . . .' VI Priscianus V p. 668 P. (I p. 208 K.) 'plerus plera plerum, absque dictione que . . . Pacuuius in Doloreste . . . idem in Teucro . . .' Festus p. 230 M. 'plera dixisse antiquos testis est Pacuius' (cf. H. Keilius l. l.) 'cum ait: plera p. p. d.' VII Festus p. 229 M. 'profusus super mo[dum sumptuosus] — — [alias abiectus iacens,] ut Pacuius in Teuc. . . . .' (cf. H. Keilius l. l.) Paulus p. 228 M. 'profusus . . . alias abiectus iacens. Pacuuius: profu-

---

squale scauerisque *libri plerique p.* 152 qualescauerisquae *Bamb. p.* 152 quales scabres quod *Festus* squale scapreque *ed. Nonii* 1526 incultu ac uastitudine? *an:* inluuie ac uastitudine? 315 fuit *om. libri* est *Vossius, Hermannus Opusc. VII* 382 316 eorum *Hermannus, om. libri* 317 impetrita quit *O. Muellerus* inpetria quid *cod.* imperio quiti *Scaliger* imperio quiit *Hermannus* nec pretio quit *Vrsinus* nec pretio quiit *Vossius* 318 nilne *Lachmannus in Lucr. p.* 163 *An:* adportas? 319 ebeor *libri p.* 407 320 pessum data est *Priscianus* 321 profusus gemitu, murmure *Dacerius* p. g. murmuro *Paulus. In Festo omnia exceptis extremis* ro *interciderunt* occistians rua *cod.* oscitans ruat *Vrsinus* occentans ruat *Dacerius* occisitans ruat *O. Muellerus* occursans uat *Hermannus*

VIII (7)

Nós illum interea praéficiendo própitiaturós facul
Rémur.

IX (13)

Nam Teúcrum regi sápsa res restíbiliet.

X (24)

Haúd sinam quidquám profari príus quam áccepso
quód peto.

XI (16)

Facéssite omnes hínc parumper: tú mane!

XII (4. 5)

Telamo

Ségregare abs te aúsu's aut sine íllo Salamina íngredi,
Néque paternum aspéctum es ueritus, quom aétate exacta índigem

sus g. m.' VIII Non. 111, 20 '**f a c u l** pro faciliter ...' IX Festus p. 325 M. 'sas Verrius putat significare eas — — idem cum ait **s a p s a m** pro ipsa nec alia — — et P. in Teucro ...' X Non. 74, 31 '**a c c e p s o**, accipio.' XI Non. 306, 33 '**f a c e s s e r e** significat recedere .... Pacuuius Teucro [XIX] item [326].' Paulus Festi p. 86 M. '**f a c e s s e r e** ... interdum uero pro abeat ponitur. **P a c u u i u s: f a c e s s i t e o m n e s h i n c**, id est abite.' XII Cicero de orat. II 46, 193 'quid potest esse tam fictum quam uersus, quam scena, quam fabulae? Tamen in hoc genere saepe ipse uidi, ut ex persona mihi ardere oculi hominis histrionis uiderentur **s p l e n d i d a i l l a** dicentis:' (**s p o n d a l i a i l l a**, l eadem manu superscr., Erl. **s p o n d a l i**; **s p o n d a l t i**, **s p o n d i a l i a**, **s p o n d a l l u a**, **s p o n d a l i s**, **s p o n d a i c a**, **s p o n d a l l i t i a** ceteri libri **s p o n d a u l i a** Salmasius ad Solin. I 88 **e s p o n d a i l l a** Hermannus Opusc. I 304 **s u a s p o n t e**

322 praeficiendo *libri* id perficiendo *Bothius* 2 perliciendo *Bothius* 1, *Hermannus*, *quod non uidetur satisfacere. Gauderem*, *si quis quid erueret*, *quod ad* praeficae *munus spectaret*, *uelut* praeficiando. *Nam lugendo et collaudando mortuo Telamonem propitiaturi sunt amici* 324 Teucro regnum *Grotius Bibl. cr. n. IV* Teucrum regno *O. Muellerus* 326 omnes hinc *Paulus Festi*, *Vossius* hinc omnes *Nonius*, *Hermannus*, *qui cum ceteris distinxit post* omnes 327 ausus *uulgo* ullo *Erl. Abrinc. Gud. c* Salaminam *Lagom.* 4 328 aspectum *Erl. cum plerisque Lagom.* adspectum *uulgo* quom *Erl. m. pr. cum Abrinc. Lagom.* 4 13 32 36 *Gud. c* quem *ceteri*, *et probauit Hermannus*

Líberum lacerásti orbasti extínxti, neque fratrís necis
Néque eius gnati párui, qui tibi ín tutelam est tráditus —?

XIII (25)

mihi classem ímperat
Théssalum, nostrámque in altum ut próperiter dedúcerem

XIV (8)

. . . . rápide percitam aéstus ocitér ratem
Réciprocare, undaéque e gremiis súbiectare adflígere

XV (26. 27)

. . . . ármamentum strídor, flíctus náuium,
Strépitus fremitus clámor tonitruum ét rudentum síbilus.

alieña illa Justus Jeepius Philol. IV 305 sq.) 'segregare ... ueritus? Numquam illum aspectum dicebat, quin mihi Telamo iratus furere luctu filii uideretur. At idem inflexa ad miserabilem sonum uoce: quom aetate ... traditus flens ac lugens dicere uidebatur. Quae si ille histrio, cotidie cum ageret, tamen recte agere sine dolore non poterat: quid? Pacuuium putatis in scribendo leni animo ac remisso fuisse? Fieri nullo modo potuit.' Ibidem III 58, 217 'aliud enim uocis genus iracundia sibi sumit, acutum incitatum, crebro incidens ... et ea quae tu dudum, Antoni, protulisti: segregare abs te ausus.' XIII Non. 155, 4 'properatim et properiter, celeriter, properanter ...' XIV Festus p. 274 M. 'reciprocare pro ultro citroque poscere usi sunt antiqui, quia procare est poscere.' Paulus p. 275 M. 'reciprocare pro ultro citroque poscere ... procare est poscere: unde eque gremiis s. a.'

XV Seruius in Aen. I 87 'stridorque rudentum] proprie, nam in funi-

329 exstinxti *Manutius* exstinexisti *Erl.* extinxisti *celeri* 330 neque eius erati *Erl.*, *lineola uoci* eius *subducta.* neque gnati eius *Abrinc.* (? *Or.*), *Hermannus* tutela *Erl. Abrinc.* Miseritum est *secutum esse uidetur Hermanno* 331 imperat *Mercerus* impetrat *libri* 332 Thessalam *ed.* 1526, *Hermannus* 333 *sq. Restituit Hermannus.* rapido reciproco percito augusto citare reclem reciprocare unde eque gremiis subiectare adfigere *cod. Festi* unde eque gremiis sublectare ac figere, *celeris omissis, Paulus* rapio, reciproco percito animo ultro citro. 'et in Oreste': reciprocare undam, eque gremiis subiectare ac fligere *O. Muellerus* 336 rudentisibilus *Varronis Goth. m. alt. in mg.*, *Crinitus* rudentum sibilis *Ciceronis ed. Victor.*, '*quacum collatio cod. Medicei instituta est, nec ulla uarietas mihi notatur e Med. Hinc facere liceret* sibilis' *Orellius* 337—339 *Ana-*

XVI (18)

. . . . ubi falsá poetae
Pro párte sua confícta canant,
Qui caúsam humilem dictís amplent

XVII (9)

. quámquam annisque et aétate hoc corpus putret

XVIII (14)

Aut me óccide, illinc si úsquam probitám gradum.

XIX (15)

. . . te répudio, nec réeipio:
Náturam abdicó: facesse, i!

XX (10)

. . . . ut égo, si quisquam mé tagit

bus stridor est, stridor est sibilus. Pacuuius in Teucro: armamentum stridor, et rudentum sibilus.' Varro de L. L. V 7 M. 'quemadmodum quodque poeta finxerit uerbum, confinxerit, declinarit. Hic Pacui' (parui Flor.) 'rudentum sibilus.' Seruius in Aen. IX 667 'flictu pro afflictu uel inflictu, i. e. ictu . . . et locutus est iuxta antiquum morem. Pacuuius Teucro: flictus nauium.' Caelius in Ciceronis Epist. ad Fam. VIII 2 'in theatrum . . . Hortensius introiit . . . hic tibi [336]' Conflauit has particulas G. Hermannus XVI Non. 506, 26 'amplant pro amplificant.' (Teuro Bamb.) XVII Non. 159, 17 'putret.' XVIII Non. 154, 3 'prouidere' (probitere Stewechius) 'mouere et ferre.' XIX Non. 306, 32 (cf. XI) XX Festus p. 356 M. 'tagit P. in Teucro: ut ego' e. q. s. 'et tagam idem in Hermiona — sine dubio antiqua consuetudine usurpauit: nam nunc ea sine praepositio-

---

pacstos agnouit Grotius 337 *sq.* ubi falsa poetae Pro parte sua *Hermannus* ubi poetae pro sua parte falsa *libri*, *nisi quod* poete *Bamb.* 338 arte *Rothius* 339 quia *W* amplent *W m. pr.* amplant *celeri* 340 quamquam mi anni-que et a. h. c. p. *Hermannus* quamquam annis atque aetate hoc mihi c. p. *Ritschelius Mus. Rhen.* 1850 *p.* 611 341 illinc si usquam *Vossius* illa hinc si ne usquam *libri plerique* illa habui usquam *Palat.* illa hinc usquam *ms. Doruill.* probitam *Stewechius* prouideam *libri* prouegeam *Gifanius* Aut me occide: illa habui, si nunc usquam prouideam gradum *Hermannus* 343 naturam abdico: facesse, i *Hermannus* naturam dico facessi *libri plerique* n. dico facesse *ms. Fabri*, *et compuncto* facesse *Geneu.* n. dico, *om.* facesse, *Basil.* nam tibi dico facesse *Palat.* natum abdico, facesse *Mercerus* 344 at *Bergkius Ephem. Hal.* 1842 *p.* 240 *Coniungendum cum XVII censet Bothius interpolatis his:* talis tamen sum, ut ego si q. m. t., itidem tagam

XXI (12)

nisi coérceo
Protéruitatem atque hóstio feróciam

EX INCERTIS FABVLIS

I (7)

Pastor

Exórto iubare, nóctis decurso ítinere

II (2)

ego odi homines ígnaua opera et philosopha sen-
téntia.

III (Liu. inc. fab. 8)

Tu córnifrontes páscere armentás soles.

IV (34)

Agité rapite uoluite férte coma,

nibus non dicuntur, ut contigit attigit.' XXI Festus p. 270 M. 'red-hostire, referre gratiam — — nam et hostire pro aequare posuerunt — — et Pacuius in Teucro: nisi' e. q. s. (cf. H. Keilius l. l. p. 624) Non. 121, 15 'hostire est comprimere, recedere, dictum ab hostia.' Idem 490, 19 'ferocia pro ferocitate.'

Ex inc. fab. I. Varro de L. L. VI 6 M. 'ut ante solem ortum, quod eadem stella uocatur iubar, quod iubata, Pacuuianus dicit pastor...' (partor Goth. Par. a pactor Hann. parcor Par. b) Idem VII 76 M. 'iubar . . . huius ortus significat circiter esse extremam noctem; itaque ait Pacuuius: exorto' e. q. s. II Gellius XIII 8 'item uersus est in eandem ferme sententiam Pacuui, quem Macedo philosophus, uir bonus, familiaris meus, scribi debere censebat pro foribus omnium templorum . . .' III Seruius in Aen. III 540 'dixerunt etiam antiqui armenta in feminino. Ennius ... et Pacuuius: tu' e. q. s. Non. 190, 20 'armenta... feminino Ennius ... ad armenta. uiuius: tu' e. q. s. IV Marius Victorinus p. 2522 P. (103 G.) 'anapaesticum melos binis pedibus amat sensum includere, ut apud Actium. Contra Pacuuius nouare propositum uolens noluit intra binos pedes, ut superius, finire sensum, sed secundum Euripidem dactylicum metrum, quod appellatur, induxit, ut nominis mutatio di-

345 *sq. Sic truncata extant apud Nonium p.* 490: nisicitia fercitate (fericitate *Leid. Bamb.*) atque ferocia, *in quibus non diuersa a nostris latere iudicauit post Mercerum Hermannus, dissensit Bothius* 2 *haec temptans:* nisi citas ferocitate, *item Rothius sic emendans:* insiticia feritate a. f. 345 coerceo *Vrsinus* coeaceo *cod. Festi* coercuero *Nonius p.* 121 346 propteruitatem *Leid. Nonii p.* 121 proteruitates *Festus* 348 ergo odi *uel* odi ego *Bothius* 349 tu cornifrontes pascere armentas soles *Iunius* tu curuifrontes p. a. s. *Seruius, Scaliger Coni. p.* 7 tu pascere cornifrontes soles armentas *Nonius* 350 agite e uoluite rapite coma *libri*

Tractáte per aspera sáxa et humum,
Scindíte uestem ocius! . . . .

V (Atal. 25)

atat!
Cepísti me istoc uérbo, miseretúr tui.

VI (27)

Miserét me, lacrimis língua debilitér stupet.

VII (28)

Qua te ádplicauistí tam aerumnis óbruta?

VIII (1)

quin etiám ferae,
Quíbus abest ad praécauendum intéllegendi astútia,
[Mórtis sibi terróre iniecto] horréscunt . . . . .

IX (Arm. iud. 15)

Pandíte ualuas, [remouéte seras,
Vt] cómplectar

X (9)

Nunc prímum opacat flóre lánugó genas.

uersitatem daret, huiusmodi stasimo seu periodo usus . . .' V Non. 477, 16 'miseretur pro miseret . . .' VI Non. 98, 17 'debiliter, debilitate.' (Paucunius Bamb.) VII Priscianus IX p. 860 P. (I p. 451 K.) 'plico plicas plicui uel plicaui . . . inuenitur tamen etiam cum praepositione in aui faciens praeteritum, sed in raro usu. Pacuuius . . . (Pacubius Saug. Grut. Carlsr.) VIII Cicero de fin. V 11, 31 'omnes metu mortis afficiuntur . . . quin etiam ferae, inquit Pacuuius, quibus abest ad p. i. a. iniecto terrore mortis horrescunt.' Vocem horrescunt Pacuuianam esse censet Maduicus, illa autem: iniecto terrore mortis, quae in uersus speciem redegi, contractam in breuius Pacuuii sententiam exhibere.

IX Festus p. 282 M. [reserari . . . . . ait] dici ab eo, quod de[mota sera a ianuae card]ine patefiant [fores — — serae] namque dicuntur fustes, [qui opponuntur clausis] foribus. Pacuuius in . . . . pandite' e. q. s. (Pacuuius in Armorum iudicio Vrsinus) X Paulus Festi p. 94 M. 'Pacuuius genas putat esse, qua barba primum oritur,

---

353 *sq.* atat cepisti *Gulielmus in Plauti Capt. c.* 5 at cepisti, *superscr.* ac, *W* ad accepisti *Bamb.* at ac cepisti *ceteri libri* Atalanta (*quasi fabulae nomen*): cepisti *Mercerus* 354 istoc uerbo *Mercerus* isto cum erbo *W* isto cum herbo *ceteri libri* 356 qua *unus librorum Krehlii* quae *ceteri* quo *Bothius* tam *ed. Veneta*, *Vossius* '*ex ms.*' tamen *libri* 358 astutias *Erl.* 359 iniecto terrore mortis horrescunt *Cicero*, *sed* horrescente *Erl.* 360 *sq.* remouete seras, ut *Scaliger*, *nihil apparet in codice* 362 flora *Scaliger*, *fortasse recte*

XI (6)

. . . . térra exalat áuram atque auroram úmidam

XII (Dulor. 39)

Graiúgena: de istoc áperit ipsa orátio.

XIII (22)

Solátur auxiliátur hortatúrque me.

XIV (Herm. 2)

Fórtunam insanam ésse et caecam et brútam perhibent philósophi,
Sáxoque instare ín globoso praédicant uolúbili,

hoc uersu ...' XI Varro de L. L. V 24 M. 'h u m o r hinc, itaque ideo Lucilius: terra abit in nimbos imbremque. P a c u u i u s: t e r r a . . . u m i d a m, humectam.' XII Cicero de nat. deor. II 36, 91 'dicaturque tam aether Latine, quam dicitur aër, etsi interpretatur Pacuuius [Chrys. 89] quasi uero non Grains hoc dicat. At Latine loquitur. Siquidem nos non quasi Graece loquentem audiamus. Docet idem alio loco: Graiugena' e. q. s. (Deest hic locus in Vind. et Pal.) XIII Festus p. 301 M. 's o l a r i sine praepositione dixisse antiquos testis est Pacuuius, cum ait: solatur' e. q. s.

XIV Rhet. ad Herenn. II 22, 36 'itemque infirma ratio est, quae non necessariam causam affert expositionis, uelut Pacuuius [366—375]. Nam hic Pacuuius infirma ratione utitur, cum ait uerius esse temeritate quam Fortuna res regi:' (g e r i libri) 'nam utraque opinione philosophorum fieri potuit, ut is qui rex fuisset mendicus factus esset.' Ibidem 24, 37 'item infirma ratio est, quae uel alii expositioni potest accommodari, ut facit Pacuuius, qui eandem affert rationem, quare caeca, eandem quare bruta Fortuna dicatur.' Versui 375 subiunguntur in libris haec: n a u f r a g i o n e m p e r e s. e r g o i d f r u c t u m f o r t e a u t f o r t u n a o b t i g i t Par. pr. m. n a u f r a g i o r e s i s t a c o n t i g i t. e r g o i d f a c t u m t e m e r i t a t e n o n f o r t u n a o b t i g i t Par. corr. eadem m. n a u f r a g i o n e m p e r e m e r g o i d f r u c t u f o r t e a u t f o r t u n a o b t i g i t Erf. et Wuerzburg., cuius notitiam debeo Fleckeiseno n a u f r a g i o n e m p e r e s i s t a c o n t i g i t. e r g o i d n o n f o r t e a u t f o r t u n a o p t i g i t Bamb. b Fris., nisi quod n a u f r a g i s et o b t i g i t Fris. n a m n a u f r a g i o r e s i t a c o n t i g i t. e r g o i d n. f. a. f. o. Tross. n a u f r a g u s. n e m p e r e s c o n t i g i t. e r g o i d n. f. a. f. o. Bamb. a n a u f r a g u s. n e m p e r e x n a u f r a g i o. n e m p e r e s i s t a c o n t i n g i t. e r g o i d n. f. a. f. o. Tur. Quae scholiastae doctrinam, non Pacuuii poesin praestare uidit Hermannus Ephem. Lips. 1828 n. 113 sqq. Sed Fleckeisenus, qui, dum

---

363 exalat *Haun.* exhalabat *cod. B* exhalat *ceteri libri cf. Lachmannus in Lucr. III* 431 at *Haun.* aurora *Bothius* humidam *libri* Exhalat auram terra ab aurora humidam *Grotius Bibl. crit. nou. IV* 364 istoc *Bothius* ista *Erl.* isto *ceteri libri* Graiugenam ted esse aperit *Grotius* 367 saxoque instare in globoso praedicant uolubili *Salmasius Exerc. Plin. p.* 873, *Fleckeisenus* saxoque instare in globos posse dicant uolubili *Par. Wuerzb. Erf., nisi quod* saroque *Erf.* saxoque instare globoso praedicant uolubilem (uel uolu-

[Quia quo id saxum inpúlerit fors, eo cádere fortúnam aútumant.]
'Insanam autem esse aíunt, quia atrox íncerta instabilísque sit:
Caécam ob eam rem esse íterant, quia nil cérnat quo sese ádplicet:
Brútam, quia dignum átque indignum néqueat internóscere.
Súnt autem alii philosophi, qui cóntra fortunám negant
'Esse ullam, sed témeritate rés regi omnis aútumant.

typothetarum menda corrigo, schedas quasdam suas de his uersibus peramice mecum communicauit, tamquam poetae uerba proponit haec: Naúfragio nempe érgo id structum, haut fórte fortuna óbtigit, praeeunte haut forte fortuna Oudendorpio et structum Bezzenbergero, cum antea uulgaretur: Naufragio res contigit; nempe ergo haud Fortuna obtigit, Salmasius uero Exerc. Plin. p. 873 scripsisset: Naufragio nempe: ergo id factum forte, haud fortuna

bili *add. m. alt.*) *Tross.* saxeoque instare globo praedicant uolubili *Bamb. b Fris. e corr. rec.* saxique instar globosi esse dicunt uolubilem *Tur.* saxique instar globosi esse uolubilem *Bamb. a Fris. pr. m. Vnde alii:* saxoque illam instare globoso p. uolubilem, *alii:* saxique esse instar globosi p. uolubilem, *quod probarunt Hermannus in Ephem. Lips.* 1828 *n.* 113 *sqq. et Spengelius Nunt. lit. Monac.* 1846 *p.* 910
Versum 368 *spurium censeo* quia quo id] quia quo *Bamb. a Fris. Tur., probauit post Orellium Spengelius l. l.* id eo quia quo *Bamb. b* id quo *Par. pr. m., probat post Salmasium Fleckeisenus* id quod *Wuerzb. Erf.* ideoque *Par. corr. eadem m.* ideo uolubilem quia *Tross. pr. m.* ideo uolubilem quo *Tross. corr.* quia quo ut *Bothius* inpulerit *Wuerzb.* impulerit *libri plerique* impulerat *Erf.* eo *om. Bamb. b* fortuna autumant *Spengelius secundum cod. Emeranum* fortuna aut humani *Wuerzb.* 369. 370 *inuerso ordine leguntur* 369 esse *Hermannus, om. libri* instabilis siet *Hermannus*
370 esse *om. Bamb. b* qua *sed* ı *m. alt. superimposito Erf.* qua *Fris.* adplicet *Wuerzb. Erf.* appl. *ceteri* 372 autem *om. Tur.* fortuna *Bamb. b, Grotius* negant *Par. Wuerzb. Erf., Hermannus* negent *ceteri libri* 373 esse ullam *post Graeuium Beierus Ephem. paedagog. philol.* 1827 *p.* 69, *Hermannus, Fleckeisenus* ullam esse *Tur.* ullam miseritatem esse *Par. Wuerzb.* ullam esse miseritatem (miserationem *Fris. Bamb. a corr.*) aut humanitatem *Fris. Bamb. a* ullam esse miseriam *Bamb. b* ulla miseram, *sed* ulla *corr. ex* uita, *Erf.* miseriam esse ullam *Grotius* miserum esse ullum *Bothius* sed

'Id magis ueri símile esse usus reápse experiundo édocet:
Vélut Orestes módo fuit rex, fáctust mendicús modo.

XV (13)

. mendicus, mánticulátor: íta fati oppressít iugum

XVI (12)

'Ad manticulandum ástu aggreditur: scít enim quid proméruerit.

XVII (14)

Aggrédiar astu rém: mánticulandum ést mihi.

XVIII (15)

máchinam ordiris nouam.

obtigit. XV—XVIII Festus p. 133 M. 'manticularum usus pauperibus in nummis recondendis etiam nostro saeculo fuit. Vnde manticulari dicebantur, qui furandi gratia manticulas attrectabant. Inde poetae pro dolose quid agendo usi sunt eo uerbo. Pacuuius [377. 376] Item deinde [378] et [379 sq.] tactu an sanctiora dicis iuraiuranda. Plautus

---

om. Erf. Wuerzb. temeritate omnia regi autumant. id magis *libri plerique nisi quod de uerbis* temeritate omnia *non exstat certum testimonium* temeritatem esse autumant id magis *Erf.* autumanitatem. Id magis *Wuerzb.* res regi omnis: id magis *Beierus, Hermannus. Nostra habet etiam Fleckeisenus: totum uersum om. Salmasius* *Versum* 374 *restituit Salmasius. In eadem ignarus et ipse incidi et, quem non magis noueram, Spengelius, eique accedit Fleckeisenus* simile esse usus, *inter* simile *et* esse *m. alt. sed ea antiqua superimposito* aiunt, *Wuerzb.* ueri simile esse aiunt usus *Par. pr. m. Erf.* ueri simile esse aiunt quod usus *Par. corr. Bamb. a b Tur.* ueri simile aiunt quod usus *uulgo, Hermannus* re abse *Bamb. b Par. pr. m. Erf.* (*spatio post uocem* usus *ut u.* 375 *post* uelut *uacuo relicto*) *Wuerzb.* res abse *Bamb. a Fris. Par. corr.* res ipsa *Tur.* 375 factust mendicus modo *Hermannus* factus est mendicus modo *Par. corr. eadem m. Erf. Wuerzb. Bamb. a Fris. Tur.* factus est medicus modo *Par. pr. m.* factus est mendicus *Bamb. b* modo mendicus factus est *Tross.* 376 modici manticulatur . . ita me facti oppressi iugo *schedae* mendicus, manticulator: ita me fati oppressit iugum *Grotius* 377 aggreditor: scite quid prome, erue *Scaliger. Schedarum scripturam probat cum O. Muellero Lachmannus in Lucr. II* 547 378 aggrediar astu rem, m. e. m. *Lachmannus l. l.* a. a. regem m. e. m. *schedae* deinde a. a. regem m. e. hic mihi *Aldina, probauit O. Muellerus* aggredibor astu regem: m. e. h. m. *Naekius Opusc. I* 90, *Bothius*

Mánticula . . .

XIX (42)

Quom deúm triportenta . . . .

XX (35. Dul. 9)

Vóce suppressá, caperatá frónte, uúltu túrgido

XXI (19)

Quid ĕst? nam me exanimásti prologió tuo.

XXII (Herm. 3 Dul. 35)

In túrba Oresti cógnita, agnota ést soror.

XXIII (23)

. . quid cessátis, socii, eícere spiras spárteas?

hoc significare uidetur, quibus quotidie paruae noxae extergeantur; frequens enim antiquis ad manus tergendas usus fuit mantelorum.' Paulus Festi p. 132 M. 'manticulari dicuntur, qui manticulas attrectant, ut furentur. Vnde poetae pro dolose quid agendo hoc uerbo utuntur. Pacuuius: ad manticulandum astu adgreditur. Manticularia dicuntur ea quae frequenter in usu habentur et quasi manu tractantur. Frequens enim antiquis ad manus tergendas usus fuit mantelorum, unde haec trahitur similitudo.' ('Machinam ordiris nouam Manticulatam astu, sanctiora adicis — h. e. adigis — Iuraiuranda. Planius hoc significare uidetur: quibus quotidie Paruae noxae extergeantur' Scaliger, quasi illa omnia Pacuuiana sint. M. o. n. Manticula astu; sancta ore adice iuraiuranda Bothius, extrema spectare ad Plauti Capt. III 3, 6 statuens. Post 379 sq. periisse extremam partem articuli manticularum et primam sequentis de manticularibus censet O. Muellerus, qui cetera sic refingenda conicit: haec manticularia putas uilia et promiscua tactu: an sanctiora dicis iuraiuranda? Deinde iterum lacunam ponit. Quod si probabiliter statuit, de uerborum tactu an sanctiora dicis iuraiuranda auctore incerta res est.) XIX Varro de L. L. VII 59 M. 'Pacuuius: quom d. t. In Mercatore . . .'
XX Non. 204, 30 'frontem feminino genere Vergilius . . . masculino Titinius . . . feminino Pacuuius: uoce' e. q. s. 'Cato . . . fronte longo . . . Caecilius . . . fronte hilaro . . .' (feminino del. Mercerus) Ex Varronis de L. L. VII 107 M. glossa ('in Dolo: caperata fronte') Pacuuii memoriam idoneis de causis relegauit O. Muellerus XXI Paulus Festi p. 226 M. 'prologium, principium, proloquium.' XXII Priscianus X p. 887 P. (I p. 486 K.) 'notandum tamen, quod cognosco cognoui cognitum et agnosco agnoui agnitum in frequentiori usu faciunt pro o penultima producta, quam uetustissimi seruabant analogiam sequentes, i correptam adhibentia . . . . Pacuuius secundum utrumque protulit . . .' (Pacubius Grut. Carlsr. Paucobius Sang.) XXIII Festus p. 330 M. 'spira — — funis nauti-

382 caperata *uel* rugata *uel* irritata *Vossius* innató *libri* simulata *Gerlachius* turpitudo *W*, *mss. Merceri* turpido *ceteri* turpi, liuido *Mercerus* turbido *uel* torpido *Vossius*

XXIV (10)

reprime íncicorem iracúndiam.

Stasiastae uel Tropaeum Liberi I Non. 20, 25 '**corporare** est interficere, et quasi corpus solum sine anima relinquere ... Accius Stasiastis uel Tropeo lib. I ...' (**Liberi** Scriuerius) II Non. 335, 1 '**liquerit** significat et reliquerit. Accius Stasiastis ...' III Non. 337, 15 '**lautum** etiam inquinatum uel maculatum ... Accius Stasiasti uel Tropeo ...' IV Non. 524, 25 '**turbam** et turbas diuersam uolunt habere significationem, ut sit turba populi conuentus, turbae turbationes. Nos contra lectum inuenimus et indiscrete positum et pro turbis turbam. Accius Athamante ... idem Stasiastris uel Tropeo ...'

Telephus I Priscianus de metris Ter. p. 1325 P. (II p. 411 K.) 'nec solum comici huiuscemodi sunt usi iambis, sed etiam tragici uetustissimi .... Attius ... idem in Telepho ...' II Priscianus X p. 887 P. (I p.

---

libri sonipedum *Mercerus* soni pedum *libri plerique* soni, *om.* pedum, *Leid.* 605 suum sibi de illoc dolore hoc] tum sub idoloc de lore hac *Basil*, tum libide deleide lore hoc *mss. Merceri* tum sibidae deloide lore hoc *ceteri libri*, *nisi quod* subidae *Leid. Geneu.* cum subito dolore hoc *Iunius in mg.* cum subito ex illo dolore haec *Vossius* tum tibi de dolore hoc *Turnebus Aduers. XXIX* 28 tum subito de illo dolore hoc *Bothius* 1 tum ibi dolore hoc *Bothius* 2 606 *sq. Vel anapaesticos duos esse uel septenarium unum cum sequentis initio uidit Vossius. Septenarium cum praecedentis exitu posuit Bothius* deformata *Basil.* 607 suo sibi *om. Bern. b* suci sibi *Basil.* sanguine tepo *Bern. b* tepido sanguine *Bothius* 608 quosue *Mercerus* quantos uel *libri* 610 illius *Lugd.*

II (1)

Iamiám stupido Thessála somno
Pectóra languentque senéntque.

III (3)

quém ego ubi aspexí, uirum
[Súmmis nominibús] uiderer íntui memorábilem,
Ní uestitus taéter, [squales,] uástitudo [córporis],
Maéstitudo praédicarent hóminem esse [obscuríssimum].

IV (10)

Nam étsi opertus squálitate est lúctuque horrificábili

V (8)

Profécto haudquaquam est órtus mediocrí satu.

VI (2)

. . nam si a me régnum Fortuna átque opes
Erípere quiuit, át uirtutem nón quiit.

VII (12)

Nam huius démum miseret, cuíus nobilitas míserias
Nobílitat

487 K) 'seneo inuenitur in usu.' III Non. 136, 21 'maestitudo pro maestitia.' IV Non. 226, 3 'squalor... feminini Accius Eurysace ... idem Telefo ...' V Non. 174, 13 'satu positum pro semine. Accius Pelopidis ... idem Telefo ...' VI Macrobius Sat. VI 1 'Vergilius: nec si miserum fortuna Sinonem Finxit, uanum etiam mendacemque improba finget. Accius in Telepho ...' VII Non. 352, 8 'unde et nobilita-

---

613 uirum *edd.* uir *libri* 614 *Vncis inclusa desunt in libris* memorabilem intui uiderer *libri* diuorum aliquem intui Viderer *Delrio* Immortalem mi intui uiderer *Bothius* 615 *sq.* taeter, squales, uastitudo corporis, Maestitudo] taeter mestitudo uastitudo *libri* taeter, maestitudo, uastitas *Delrio* 617 obscurissimum *om. libri*

Octonarios continuauit Hermannus Elem. d. m. p. 90 *hos:* Quém ego u. a. u. memorabilem intui uiderer, Ní uestitus taeter, maestitudo, uastitudo . . Praédicarent hominem esse. *Nec placet haec conformatio:* quém e. u. a. u. memorabilem 'Intui u. n. u. t. maestitudo, Vástitudo p. h. e. 617 horrificabili *Vossius* horrificali *libri* 618 profecto aium quamquam *Leid.*, *in quibus recte uidetur Fleckeiseno scriptura* hauquaquam *latere* 620 et *Salisb.* a[et] *Med. a* nequiuit *Salisb.* nequit *Med. a b c* 621 nam *edd.* na *libri* his demum *libri* is demum *edd.* miserer *libri* miser est *edd.*

VIII (6)

Proínde istaec tua aufér terricula atque ánimum ira-
tum cónprime.

IX (7)

Pró certo arbitrábor sortis óracla ádytus aúgura?

X (9)

Qui néque cuiatis ésset, umquam pótuimus
Multa érogitantes sciscere

XI (15)

. . . . . stúdiumque iteris répprime.

XII (5)

Núnc tua in re crépera tu quid cápias consilí, uide.

XIII (4)

remísque nixi próperiter nauem ín fugam
Tránsdunt súbter sáxa ad laeuam, quá mons mollibát
mare.

XIV (11)

. . . . aere átque ferro féruere,
Insígnibus florére

rent, notificarent dictum est...' VIII Non. 227, 31 'terriculae... neutri Accius Epinausimache ... idem Telefo ...' IX Non. 488, 2 'augura pro auguria.' (Telofo W) X Non. 426, 24 'cuius et cuiatis haec est differentia: cuius ad personam refertur hominis, cuiatis unde significat.' XI Non. 485, 8 'iteris positum pro itineris ... Accius Oenomao...idem Telefo ...' (Telofo W) XII Non. 13, 22 'crepera res proprie dicitur dubia ... Accius Foenissis ... idem Telefo ...' XIII Non. 155, 8 'properatim et properiter, celeriter, properanter .... Accius Telefo: remisque ... tradunt.' Idem 307, 25 'fuga item dicitur nauigatio. Accius Telefo: remisque ... transeuntur.' Idem 847, 15 'molle, placidum. Accius Telefo: nixi ... mare.' XIV Non. 503, 20 'ab eo quod est feruit, breuiato accentu feruere facit, ut spernit,

---

623 istaec *Bothius* ista haec *libri* 624 adytus *libri*, *Lachmannus in Lucr. II* 991 (ἀδύτους) aditus *Bergkius Ephem. Marb.* 1850 *p.* 337 626 erogitantes sciscere *Mercerus* ergitantes isciscere *libri* 627 stodiumquae *Bamb.* reprime *libri* 628 tu in re crepera tua *libri* capias consilii *libri* consili capias *Bothius* 629 periter *libri plerique p.* 347 pariter *Basil. ibidem* 630 transdunt *ms. Cuiac. p.* 155 trandunt *Leid. p.* 347 transeuntur *libri p.* 307 traducunt *Basil. p.* 347 tradunt *ceteri libri* trudunt *Scaliger in Aetnam p.* 95 laeuam *Aldina* leua *libri* qua *edd.* quam *libri* 631 aere *Bamb.* rere *ceteri libri* feruere *ed.* 1526 feruet *libri* 632 igui insignibus *libri*

XV (14)

Fluctí cruoris sáluo luerentúr mihi

TEREVS

I (5)

Atque íd ego semper síc mecum agito et cómparo,
Quo pácto magnam [hanc] mólem minuam . . .

II (3)

Tereús indomito móre atque animo bárbaro
Conspéxit in eam amóre uecors flámmeo,
Depósitus: facinus péssimum ex deméntia
Confíngit.

III (1)

. . o suauem línguae sonitum! o dúlcitas
Conspírata animae!

IV (4)

Deúm Cadmigena nátum Semela adfáre et famulantér pete.

V (7)

Fámae nam nobilitas late ex stírpe praeclara éuagat.

spernere ....' XV Non. 488, 11 'flucti pro fluctus.'
Tereus I Non. 256, 19 'comparare ueteres confirmare et constituere dixerunt ... Accius Eurysace ... idem in Tereo ...' II Non. 279, 22 'deponere est desperare, unde et depositi desperati dicuntur ...' III Non. 96, 25 'dulcitas, dulcitudo pro dulcedo.' IV Non. 111, 27 'famulanter pro suppliciter.' Idem 463, 24 'adfari non solum respondere uel fabulari, sed etiam rogare positum.' V Non. 467, 28

---

inque insignibus *Bothius* flore *W* 633 saluo luerentur] uoluerentur *Leid. Bamb.* uoluerunt *celeri libri* 634 sic mecum *Vossius* mecum sic *libri* 635 magnam olem nimiam *libri* magnam molem minuam *edd.* *Explet uersum Bothius addito* miseriae
637 flammeo *Junius in mg.* flammeos *libri* flammeus *uulgo* 640 o *Junius*, *om. libri* 641 conspiratum *W* conspiritum *ceteri libri* conspirantis *Delrio* conspirantum *Bothius* animarum *Bothius*
642 deum Cadmigena natum Semela *Vossius* deum Cadmo generatum semel *libri p.* 463 deum Catmoue natum Semela *libri p.* 111 deum Cadmo generatum Semela *Mercerus* deum Cadmigenam, natum Semela *Delrio* affare et *Bamb. p.* 463 affare ef *W ibidem* famularent perpetuere *libri p.* 463, *nisi quod* perpeture *Bamb.*
643 famae *Grotius* famam *libri* late *Grotius* lata *libri* tirpe *W* preclara *Bamb.*

VI (8)

[nouus nouó dabunt.]
'Aduena animo audáci in medium próripit sesé ferox.

VII (6)

'Alia hic sanctitúdo est, aliud nómen et numén Iouis.

VIII (2)

Video égo te, mulier, móre multarum útier,
Vt uím contendas tuam ád maiestatém uiri.

IX (9)

Sét nisi tu clamáris regem, auférre ab regina óccupo
Púerum.

THEBAIS Vide p. 182

TROADES Vide p. 168

EX INCERTIS FABVLIS

I (Atr. 16)

Múlti iniqui atque ínfideles régno, pauci béniuoli

'uagas pro uagaris ...' VI Non. 425, 23 'ferus et ferox hanc habent distantiam: ferus est saeuum,' (saeuius Bamb.) 'ferox fortis.' VII Non. 173, 31 'sanctitudo pro sanctitas.' VIII Non. 259, 7 'contendere significat comparare ...' Idem 519, 6 'ueterum memorabilis scientia paucorum numerum pro bonis ponebat, multos contra malos appellabant . . .' IX Non. 355, 11 'occupare est proprie praeuenire ... Accius Eurysace ... idem Pereo ...' (Tereo Junius)

Ex inc. fab. I Cicero de off. III 21, 84 'possunt enim cuiquam esse utiles angores, sollicitudines, diurni et nocturni metus, uita insidiarum periculorumque plenissima? Multi' e. q. s. 'inquit Accius. At cui regno? quod a Tantalo et Pelope proditum iure obtinebatur.'

644 nouus nouo dabunt *fortasse uel dittographia uel aliis turbis huc illata* nouus nouo habitu *Mercerus* nouu' noua dabit *Bothius* 646 nomen et numen *Aldina* nomen et nomen *libri* nomen ac nomen *Klussmannus in Jahn. et Klotz. Annal.* 1848 *Suppl. p.* 476 647 more *om. Geneu. W p.* 259 mora *W p.* 519 648 uim *libri p.* 519 cum *libri p.* 259, *nisi quod om. Basil.* ad *om. libri p.* 259 uiris *libri p.* 259 649 tu *om. libri* clamaris *Bothius, qui iambicum posuit septenarium.* clamoris *libri plerique* clam *Geneu. Basil.* clamarim *Vossius* auferre puerum ab regina occupo *Bothius* 651 beneuoli *Stuerenburgius* beniuoli sunt *Bern. c* boni sunt *celeri libri* sunt boni *Lambinus*

II (15)

. . . . . . fulgore . . . praeféruido
'Ardor iniectús Iunonis é dextra ingenti íncidit.

III

Schol. Leid. ad Verg. Ge. I 502 (Suringar. hist. crit. Schol. II p. 347) 'quomodo Laomedonte orti sunt Troiani, Accius docet: Iuppiter Dardanum genuit, Dardanus Troum, Trous Assaracum et Ilum et Ganymedem, Capys ex Assaraco satus, qui Pergamum construxit, Laomedon Priamum et Anchisen edidit.'

IV (5)

. . cum uirgináli mundo clám patre

V (19)

Videó sepulcra dúo duorum córporum.

VI (20)

Múlier una duúm uirorum

VII (Pelop. 4)

Quinám Tantalidarum ínternecioní modus
Parétur? aut quaenam úmquam ob mortem Mýrtili
Poenís luendis dábitur satias súpplici?

II Seruius in Aen. I 42 'de Iunonis fulmine Accius ait ...' III Didascalica Attii intellegit Philippus Wagnerus de Iunio Philargyro part. II p. 9 IV Festus p. 142 M. 'mundus etiam mulieris [ornatus dicitur, quod et hic moueri] potest. Accius: cum' e. q. s. V VI Cicero Orat. 46, 156 'pleneque' (planeque uulgo) 'duorum uirorum iudicium aut trium uirorum capitalium aut decem uirorum stlitibus iudicandis dico numquam. Atqui dixit Accius [V] idemque [VI]. Quid uerum sit, intellego: sed alias ita loquor ut concessum est, ut hoc uel pro deum dico uel pro deorum: alias ut necesse est, cum trium uirum, non uirorum: cum sestertium nummum, non nummorum: quod in his consuetudo uaria non est.' VII Cicero de nat. deor. III 38, 90 'o miram aequitatem deorum! Ferretne ulla ciuitas latorem istiusmodi legis, ut condemnaretur filius aut nepos, si pater aut auus deliquisset? Quinam' e. q. s. Charisius I p. 70 P. (50 Lind.) 'praepositiuum quis, subiunctiuum qui, quod tamen auctores non obser-

---

652 fulgore ... praeferuido] praeferuido fulgore *Seruius* praeferuido Fulgóre *Bergkius Seru. Cass. part. III p.* 19 653 e *om. Seruius* ardor Iunonis dextra iniectus ingenti *Bergkius*. 655 duo *Viteb.* dua *ceteri libri cf. Quintilianus I* 5, 15 656 duum uirum *libri* 657 modus sit *Charisius* 659 satias *e Maffaei libro Manutius* satietas *libri plerique* supplici *Manutius* supplicii *libri*

VIII

Hinc cólumen alae géminis aptum córnibus

IX (Troad. 2)

Nám neque pretio néque amicitia néque ui impelli né-
que prece
Quítus sum.

X (27)

Vnde ómnia . . . perdisci ac pércipi
Queúntur

XI (32)

. . . . an haéc iam obliti súnt Phryges?

XII (14)

. . . non cálida latice laútus . . . . .

XIII (18)

Achilles

'Immo enim uero córpus Priamo réddidi, Hectorem
ábstuli.

XIV (9)

. . . . . . iam hanc urbem férro uastam fáciet Peleus.

XV (13)

Festus p. 258 M. 'quadrurbem Athenas Accius appellauit, quod scilicet ex IIII urbibus in unam domicilia contulerunt, Braurone Eleusine Piraeo Sunio.' Paulus p. 259

nauerunt, ut Accius dicens [657].' — VIII Non. p. 235, 1 'aptum rursum conexum et colligatum significat . . . Accius Demer hinc' e. q. s. (Accius Demetrio Aldina. An: Accius Decio?) IX X Diomedes p. 380 P. 'Actius quitus sum posuit pro quiui [IX]. Idem alibi eodem modo [X].' XI Rufinus de metris Terent. p. 2707 P. (379 G.) 'Varro in VII: clausulas quoque primum appellatas dicunt, quod clauderent sententiam, ut apud Accium: an haec' e. q. s. XII Priscianus V p. 658 P. (I p. 195 K.) 'sciendum tamen quod uetustissimi in multis, ut diximus, supra dictarum terminationum inueniuntur confudisse genera . . .' XIII Cicero Tusc. disp. I 44, 105 'melius Accius et aliquando sapiens Achilles: immo' e. q. s. XIV Festus p. 372 M. 'uastum pro magnum; ponitur tamen et pro inani. Accius: iam' e. q. s. Paulus p. 373 M. 'uastum pro magnum' e. q. s. 'Accius: hanc . . . faciet.'

---

660 columen alae geminis *Turnebus Adu. XXIX* 20 colomenale geminis *libri plerique* eolomen alageminis *Geneu.* colomena lcce minis *ms. Junii* colis menemi lece *mss. Barthii* 667 Hectora *Nieberdingius de Iliade ab L. Attio in dramata conuersa p.* 17

M. 'quatrurbem Athenas Accius appellat, quod ex quatuor urbibus in unam illam ciuitatem se homines contulere.'

XVI (31)

. . . . quórum genitor fértur esse ops géntibus

XVII (17)

. . in monte Oetaéo illatae lámpades

* * *

. . . . . ín domúm aeternám patris

XVIII (Enn. Hec. 17)

Probae étsi in segetem súnt deteriorém datae
Frugés, tamen ipsae suápte natura énitent.

XIX (29)

Scindéns dolore idéntidem intonsám comam . .

XX (26)

Iamque Aúroram rutiláre procul
Cerno

XXI (16)

Vnde éstis, nautae, huc híeme delati? . . .

XXII (3)

Peruáde polum, splendida mundi

XVI Priscianus VII p. 752 P. (I p. 319 K.) 'uetustissimi tamen hic et haec et hoc ops et cops pro opulentus et copiosus proferebant. Attius de Hercule dicens: quorum' e. q. s. 'pro: opem ferens et auxilium gentibus.' XVII Cicero de nat. deor. III 16, 41 'quomodo nunc quidem est, non uideo, quo pacto ille, cui in monte Oetaeo illatae lampades fuerint, ut ait Attius, in domum aeternam patris ex illo ardore peruenerit.' XVIII Cicero Tusc. disp. II 5, 13 'quod est enim maius argumentum, nihil eam' (sc. philosophiam) 'prodesse quam quosdam perfectos philosophos turpiter uiuere? Nullum uero id quidem argumentum est. Nam ut agri non omnes frugiferi sunt, qui coluntur, falsumque illud Acci: probae etsi in segetem' e. q. s. 'sic animi non omnes culti fructum ferunt.' (Acci: probae Muretus Var. Lect. XVI 20 ac improbe libri) XIX Cicero Tusc. disp. III 26, 62 'ex hac opinione sunt illa uaria et detestabilia genera lugendi ... hinc ille Agamemno Homericus et idem Accianus: scindens' e. q. s. XX Varro de L. L. VII 83 M. 'apud Accium: iamque' e. q. s. 'aurora dicitur ante solis ortum, ab eo quod ab igni solis tum aureo aër aurescat. Quod addit rutilare, est ab eodem colore; aurei enim rutili, et inde etiam mulieres ualde rufae rutilae dictae.' XXI Seruius in Aen. I 122 'hiems duas res significat, aut tempus aut uim uenti, per quam oritur tempestas ...' XXII Varro de L. L. VII 14 M. 'quod est apud Accium:

671 aetheriam *Fritzschius in Aristoph. Ran. p.* 62

Sidéra binis contínuis sex
Saeptí spoliis.

XXIII (30)

múlta inuenta expértaque ex hoc súnt bona.

XXIV (6)

Repúdio eiecta ab 'Argis iam dudúm éxsulo.

XXV (2)

Nullum ést ingenium tántum neque cor tám ferum,
Quod nón labascat língua, mitiscát malo.

XXVI (1)

Néque ui tanta quísquam est neque tam abúndans fortunís ferox

XXVII (Paris)

Pars fréna tensae atque óri equorum accómmodánt.

XXVIII (4)

. . . . , mýstica ad dextrám uada
Praéteruecti

peruade' e. q. s. 'polus Graecum, id significat circum caeli; quare quod est peruade polum, ualet: uade περὶ πόλον. Signa dicuntur eadem et sidera: signa quod aliquid significent, ut libra aequinoctium; sidera quasi' (quae si libri plerique quae Par. b) 'insidunt.'
XXIII Priscianus VIII p. 793 P. (I p. 372 K.) 'experta passiue.'
XXIV Festus p. 281 M. 'repudium Verrius ait dictum, quod fit ob rem pudendam.' XXV Nou. 473, 6 'labascor pro labor.' XXVI Non. 305, 6 'ferox sum illa re dicitur ut: illa re sum fretus uel arrogans ...' XXVII Non. 206, 12 'frenos ... neutro ... Accius ...'
XXVIII Varro de L. L. VII 19 M. 'Accius: mystica' e. q. s. 'mystica a

679 binis *Bothius* bigis *libri* 679 *sq.* continuis sex Saepti spoliis] continui se cepit spoliis *Flor. Haun.* contini se cepit spoliis *Goth.* continui se coepit spoliis *Par. a* continuis spoliis se cepit *Par. b* continuis sex apti signis *Scaliger* continuis sex apti spoliis *Bothius* continuis sex Addita signis *O. Muellerus* 681 inuenta multa *Bothius* 683 nullum *Leid. Bamb.* non nullum *ceteri libri* non ullum *ed. pr.*, *Rothius* 684 labascat *Scriuerius* labescat *Bamb.* labascatur *ceteri libri* 686 pars *Mercerus* pari *libri plerique* pary *W* tensae atque ori] tesauri *libri*, *sed* h *superscr. Leid.* tersa ori *Mercerus* texta auro ori *Bothius* acconmodant *libri* 687 praeteruecti] per uada uecti *cod. B*, *ed. pr.*, *unde Hermannus Opusc. III* 129 *uel:* mystica Dextrá praeter uada uécti, *uel:* Mystica dextra per uáda uecti

XXIX (Trachin. 2)

. . . . . récte perfectís sacris
Volt áccipi.

XXX (11)

multís nomen
Vestrúm numenque ciéndo

XXXI (10)

Citius Orión patescit . . . .

XXXII (25)

. . . . fállaciloquae málitiae

XXXIII (8)

[Si] ríte ad pa[triam sóspes rediis]sét [suam]

XXXIV (7)

resíduos, somn[o déditos]

XXXV

. cúm illud obliuió lauet, qui incídit inuidéndum

mysteriis, quae ibi in propinquis locis nobilia fiunt.' XXIX Varro de L. L. VII 88 M. 'quod enim fit rite, id ratum ac rectum est; ab eo Accius ...' XXX Varro de L. L. VII 85 M. 'apud Accium: multis' e. q. s. 'numen dicunt esse imperium.' XXXI Varro de L. L. VII 50 M. 'iugula signum quod Accius appellat Oriona, quom ait: c. O. p.' Inde glossam: 'iugula, ἄστρον ὠρίωνος, ὠράτιος ὥς φησι Scaliger Cast. ad Festum p. LXX ita correxit: — ὁ ἄττιος ὥς φησι'
XXXII Cicero de fin. IV 25, 68 'ex ea difficultate illae fallaciloquae, ut ait Attius, malitiae natae sunt.' (fallaci loquelae Erl. Spir. mg. Crat. Mor.) Non. p. 113, 14 'fallaciloquentiae. M. Tullius de finibus bonorum et malorum lib. IIII: quae diligentissime contra Aristonem dicuntur a Chrysippo. Ex ea difficultate illae fallaciloquentiae.' XXXIII Festus p. 301 M. 'sos[pes significat apud] omnes fere auc[tores saluum, sic] Afranius — — — Acc[ius . . . .]rite ad pa. . . . . .set. Ennius' e. q. s. (cf. H. Keilius l. l. p. 624) Suppleuit Vrsinus XXXIV Festus p. 281 M. '[reses et residuus dicitur ignauus, quia] residet. Accius . . . . residuos, summ[. . . . . Afranius] in Rosa' e. q. s. (cf. H. Keilius l. l. p. 624) XXXV Varro de L. L. VI 80 M. 'uideo a ui ... hinc uisenda, uigilant, uigilium, inuident et Atti; cum' e. q. s. 'a quo etiam uiolauit uirginem pro uitiauit dicebant.' (Atti: cum Lachmannus Mus. Rhen. 1845 p. 611 atticum Flor. acticum Par. b aetati

---

691 *sq. Anapaestos agnouit Scaliger* 693 patescit *Haun.* palefit *ceteri libri* 695 si rite ad patriam sospes peruenisset *Vrsinus* si rite ad patriam rediisset *Bothius* 696 somno deditos *Vrsinus, Scaliger* 697 *Eis, quae posuimus, librorum scripturam expressit Lachmannus Mus. Rhen.* 1845 *p.* 611 obliuio *formam a nominatiuo* ob-

XXXVI

Varro de L. L. X 70 M. 'Accius haec in tragoediis largius a prisca consuetudine mouere coepit et ad formas Graecas uerborum magis reuocare, a quo Valerius ait: Accius Hectorem nolet facere, Hectora malet.'

XXXVII (25)

Varro de L. L. V 21 M. 'terra dicta ab eo, ut Aelius scribit, quod teritur . . . hinc fines agrorum termini, quod eae partis propter limitare iter maxime teruntur: itaque horum' (sic Lachmannus Mus. Rhen. 1845 p. 611 hoccum libri hinc quod O. Muellerus) 'is in Latio aliquot locis dicitur, ut apud Accium, non terminus, sed termen; hoc, Graeci quod τέρμονα, pote uel illinc: Euander enim, qui uenit in Palatium, e Graecia Arcas.'

XXXVIII (25)

Charisius I p. 75 P. (54 Lind.) 'inimicitiae et insidiae pluraliter dici debent, sed Salustius de insidia prima inquit, et Accius inimicitiam dicit.'

XXXIX (21)

Charisius I p. 61 P. (44 Lind.) 'aluum Vergilius feminino genere saepe dixit, sed masculine Caluus . . . et Aelius Cinna . . .. et Laberius et Accius frequenter, quod magis usus celebrauit.'

XL

Salmasius in Flor. III 5 'nostrae glossae: pristrix bellua maris. Actius pristices dixit.' Cf. Ritschelius Mus. Rhen. 1850 p. 556

XLI

Excerpta ex Anon. gramm. in A. Mai auct. class. V 151 'legimus in Capro hic Iouis. Etiam Naeuius Attius Pacuuius, omnes isti utuntur hoc exemplo.'

quom ceteri libri, nisi quod cum Goth. Attianum Nunnesius ad Phryn. p. 70 Lob. inuident et uitium illi obtulit, uiolauit, quod incidit in uidendum Scaliger Coni. p. 60)

---

liuium *deducens et* inuidendum *interpretans* pudendum. oculis uiolauit qui uidit inuidendum *O. Muellerus*

XLII

Non. 226, 24 'statura generis feminini. Lucilius lib. xxviii: quare pro facie, pro statura Acciu' status.'

XLIII

Varro de L. L. V 98 M. 'aries, quod eum dicebant ἀρήν ueteres, nostri aruiga, hinc aruignus. Haec sunt quarum in sacrificiis exta in olla, non in ueru cocuntur, quas et Accius scribit et in pontificiis libris uidemus.' (Ateius Osannus Anal. crit. p. 66)

C. IVLIVS CAESAR STRABO

ADRASTVS

Cum cápita uiridi laúro uelare ímperant
Prophétae, sancte cásta qui puránt sacra

TEVTHRAS

Flámmeam per aéthram late féruidam ferrí facem

TECMESA

Marius Victorinus I p. 2456 P. (8 G.) 'iuxta autem non ponebant cm: deinde nec Alcmenam dicebant, nec Tecmesam, sed Alcumenam; inde Alcumaeon et Alcumena tragoediae; donec Iulius Caesar, qui Vopiscus et Strabo et Sesquiculus dictus est, primus de Tecmesa scripsit tragoediam suam et in scena pronuntiari iussit.'

Iulii (cf. Asconius in Ciceronis Scaurianam p. 24 Or.) Adrastus Festus p. 229 M. 'prophetas in Adrasto Iulius nominat antistites fanorum oraculorumque interpretes: cum capita' e. q. s. Teuthras Macrobius Sat. VI 4 'et quod dixit: nec lucidus aethra Siderea polus, Ennius prior dixerat ... et Iulius in Teuthrante ...' (Iulius edd. illius Salisb. ilius ceteri libri)

IVLIVS 2 sancte casta *Bergkius Ephem. Hal.* 1842 *p.* 238 sancta ita caste *cod.* sancta caste *Delrio* sancta ibi caste *O. Muellerus* curant *Bergkius l. l.* 3 late *Scriuerius* alte *libri*

SANTRA

NVNTII BACCHI

I

ita oppletúm sono
Furénter omni a párte bacchatúr nemus.

II

. . . ex templo éxcita euadít quies
Genetríx et omnis uócis expergít sono.

L. VARIVS RVFVS

THYESTES

Atreus

iám fero infandíssima,
Iam fácere cogor.

EX INCERTIS FABVLIS

I (2)

primum huic
Neruís septem est inténta fides
Variíque apti uocúm moduli,
Ad quós mundi resonát canor in

Santrae Nuntii Bacchi I Non. 78, 28 'nam et quidquid uehementius commouetur, bacchari uoluerunt. Santra Nuntiis Bacchi ...' (Bacchis libri) II Non. 104, 17 'expergo pro expergefacio . . . Santra Nuntiis Bacchi ...' (Satra W . Bacchis libri)

Varii Thyestes Quintilianus III 8, 45 'neque enim est quisquam tam malus ut uideri uelit. Sic Catilina apud Sallustium loquitur, ut rem sceleratissimam non malitia, sed indignatione uideatur audere. Sic Atreus apud Varium iam fero, inquit, infandissima' e. q. s. (Varium Par. c d Varum Goth. Voss. b Par. b Varrum Guelf. Par. a 'Turic. et reliqui quin uerum nomen habeant non dubito' Spaldingius) Cf. Quaest. scen. Ex inc. fab. I Marius Victorinus I p. 2503 P. (79 G.) 'tertio consistebant canentes, quia

---

SANTRA 1 oppletum *Gulielmus in Cistell. cap.* 4 obsoletum *libri* 2 ferenter *Leid.* omni a] ab omni *libri* nemus *Aldina* nemes *libri* 3 exemplo *W* excit *libri* exit *Aldina* quies] qua *libri* tua *Mercerus* pia *Gulielmus*

VARIVS 1 iam uero *Guelf.* 5 apti *Schneidewinus Nunt. lit. Gotting.* 1839 *p.* 685 *Mus. Rhen.* 1842 *p.* 112 addita *Reg.* additi *ceteri libri* dati *Bothius* moduli *Bothius* modi *libri* 6 canor *Reg.* tenor *ceteri libri*

13*

Sua sé uestigia uóluentis.

II (1)

et fróndosam
Semíputatam queritúr uitem.

GRACCHVS

ATALANTA

O gráta cardo, régium egressum índicans!

PELIADES

Sonat ínpulsu regía cardo.

THYESTES

Mersít sequentis úmidum plantás humum.

EX INCERTA FABVLA

Púrpuram et diadéma

terra (circa quam caelum rotatur) immobilis stat mundo. De qua re Varius sic tradidit ...' II Philargyrius in Verg. Ecl. 2, 70 'frondosa uitis est, de qua si quis biberit, insanit. Sic Varus et frondosam, inquit' e. q. s. (Varius Weichertus de L. Vario p. 102 cf. Bergkius de fragm. Soph. p. 13)

Gracchi Atalanta Priscianus VI p. 683 P. (I p. 227 K.) 'hic cardo, huius cardinis. Quidam tamen ueterum etiam feminino genere hoc protulerunt.' Peliades Non. 202, 20 'cardo . . . feminino Graius in Peliadibus ...' (Gracchus Langius Vind. p. 10) Thyestes Priscianus VI p. 719 P. (I p. 278 K.) 'humus humi. Hoc etiam neutrum in um desinens inuenitur apud ueteres ... pedibus fodit. Gracchus in Thyeste: mersit' e. q. s. (pedibus ....humidum om. Reg. a m. pr., ita ut ante plantis legatur dum, sed id quoque rursus deletum graccus Reg. m. alt. grac^e^us Halb. grachus fr. Amiense gratus Grut. Sang. Carlsr. Vind.) Ex inc. fab. Grammaticus inc. de gen. nom. p. 77 Haupt. (35 Otto) 'diadema generis neutri, ut Gracchus . . .' (Gracus libri)

---

6 *sq.* in Sua se uestigia uoluentis *Schneidewinus* sua se uoluentis in uestigia *libri*

GRACCHVS 2 inpulsu *Delrio* inpulsa *libri* 3 humidumdum *Carlsr. Vind. Halb., sed in Halb. extremis literis* dum *compunctis* humidum *celeri* plantas *Bentleius in Hor. A. P.* 260 plantis *libri*

4 purpuram *M. Hauptius* purpura *libri*

P. OVIDIVS NASO

MEDEA

I (1)

Medea

Seruáre potui: pérdere an possím, rogas?

II (2)

Feror húc illuc, ut pléna deo.

P. POMPONIVS SECVNDVS

AENEAS

Ex húmile rege

ARMORVM IVDICIVM

Tum praé se portant áscendibilem sémitám.

ATREVS

nunc te óbsecro,
Stirpem ut euoluás meorumque [nómen] notificés mihi.

EX INCERTIS FABVLIS

I (1—3)

. Rhoétaeis procul á terris

Ouidii Medéa I Quintilianus VIII 5, 6 (de figuris sententiarum) 'et translatione a communi ad proprium: Nam cum sit rectum: nocere facile est, prodesse difficile: uehementius apud Ouidium Medea dicit ...' II Seneca Suasor. 3 'hoc autem plena deo dicebat Gallio Nasoni suo ualde placuisse: itaque fecisse quod in multis aliis uersibus Vergilius fecerat, non surripiendi causa, sed palam imitandi, hoc animo ut uellet agnosci: esse autem in tragoedia eius: feror' e. q. s.

Pomponii Aeneas Charisius I p. 107 P. (76 Lind.) 'humile de homine aliquo, ut Pomponius Secundus in Aenea ... humili ablatiuo, si res est.' (Aenea cod. coena ed. pr. Caena Putschius) Armorum iudicium Lactantius in Statii Theb. X 841 'gemina latus arbore clusus Aërium sibi portat iter] admirabilis periphrasis scalarum. Pomponius sane in Armorum iudicio: tum ... semitam, quam scalam uocant.' Cf. A. Langius Quaest. metr. p. 30. Fortasse γραφικῶς admisit spondeos Atreus Non. 144, 24 'notificem, nota faciam.' Ex inc. fab. I

OVIDIVS 1 possis *Tur. Alm.*

POMPONIVS 4 meorumque notifices *libri* meorum genus notifices *Scriuerius* meorum quaeque notifices *Bothius* genusque meorum notifices *idem in com. poet. fr. p.* 105

* * *

Priamíque aras damnáre pias

* * *

. óbrue nos Danaósque simul.

II (4)

Péndeat ex umerís dulcis chelys
'Et numeros edát uarios, quibus
'Adsonet omne uiréns late nemus,
'Et tortis errâns qui flexibus . .

III

Omneis

INCERTORVM POETARVM FABVLAE

NELEI CARMEN

I

. númquam numero mátri faciemús uolup.

Terentianus 1965 sqq. 'inserit haec aeque Pomponius in choricis sic [5], mox dispare uersu Subiecto [6] tunc [7] parilem dedit illi.' II Terentianus 2135 sqq. 'in tragicis iunxere choris hunc saepe diserti Annaeus Seneca et Pomponius ante Secundus. Tale dedit nobis Pomponius [8—11]. Reddo pedes binos, qui nunc desunt tetrametro: Rursus de mutilo redit integer: [8] apta choreis, [9] ecce propinquam [10] armaque iuxta [11] effugit amnis.' Marius Victorinus p. 2564 P. (158 G.) 'hi tetrametri tragicis choris a plerisque miscentur, et continuati nonnumquam choros explicant, ut apud Pomponium reperimus [8—10]. His quoque si ad extimum adicias binos pedes, integrum hexametrum de mutilo efficies hoc modo [8] apta choreis' e. q. s. Augustinus de musica IV 31 'alia' (sc. metra) 'nec tota immobilia nec tota mobilia, ut est [8—11]. Vides hic enim ubique et spondeos et dactylos poni posse praeter ultimum pedem, quem metri auctor semper esse dactylum uoluit.' III Charisius I p. 111 P. (79 Lind.) 'monteis; licet Pomponius Secundus poeta, ut refert Plinius, propter homonymum nominatiui accusatiuo casu omnes non putet dici, sed omneis: tamen idem Plinius in eodem permanet dicens, omnes tum demum posse dici accusatiuo, ut canes, quod genetiuus pluralis horum canum ante um i non habet.'

Nelei Carmen I Festus p. 170 M. 'nume[ro — — —] item in Nelei: numquam' e. q. s. 'id est, numquam nimium faciemus. Apud Naeuium' e. q. s.

---

8 humeris *libri, ut uidetur*

Inc. poet. fab. I numquamne *Hermannus Elem. d. m. p.* 639. *Poterat esse:* nam numquam uolup *Vrsinus* uolui *cod.*

II

Foedé stupreque cástigor cottídie.

III

Toppér fortunae cómmutantur hóminibus.

IV

[strigo]nes exerciti

V

eaque saucia — — puer filia
Sumam

PENTHESILEA

VI

Fórmidabant óbiurare

EQVVS TROIANVS

VII (Liu. Eq. Tr. 2)

sero sapiúnt Phryges.

II Festus p. 317 M. 'stuprum pro turpitudine antiquos dixisse apparet in Nelei carmine: foede' e. q. s. 'et in Appi sententiis — Naeuius —' Paulus p. 316 M. 'stuprum pro turpitudine antiqui dixerunt, unde est in carmine: foede' e. q. s. III Festus p. 352 M. 'topper significare ait Artorius cito fortasse celeriter temere; cito, sic in Nelei carmine: topper' e. q. s. 'sic Naeuius — Accius — Ennius — Pacuuius — in Odyssia uetere —' IV Festus p. 314 M. 'strigores in Ne[lei carmine pro st]rigosis positum [inuenitur, id est densa]rum uirium ho[minibus: strigo]res exerciti.' Suppleuit et correxit (uirium ha cod.) Vrsinus, nisi quod strigores ut carminis uerba O. Muellerus, alias res Vrsinus strigones Turnebus Aduers. XIV 1 cf. Hermannus praef. in Plauti Bacch. p. VII V Charisius I p. 64 P. (46 Lind.) 'puer et in feminino sexu antiqui dicebant ....ut in Odyssia uetere, quod est antiquissimum carmen ... et in Nelei carmine prisco: ea quo saucia puer filia sumam, ubi tamen Varro cum a puera putat dictum; sed Aelius Stilo, magister eius, et Asinius contra.' (Nelaei cod. Menelai Merula in Enn. p. 53 carmine eaque prisco cod. carmine eoque prisco Putschius, probauit Hermannus Elem. d. m. p. 639. An: carmine, eo quoque prisco?)

Penthesilea Festus p. 189 M. 'obiurare [iure iurando obstringere, ut est in] Penthesilea: f. o.' (cf. Bergkius Ephem. Hal. 1842 p. 219) Ad Ennium refert idem Ind. lect. Marb. aest. 1844 p. XVI

Equus Troianus Festus p. 343 M. 'sero sapiunt Phryges prouerbium est natum a Troianis, qui decimo denique anno uelle coeperant

---

2 stupreque *Paulus* stupraeque *cod. Festi* cottidie *Pauli Guelf.* quottidie *ceteri Pauli codices* cotidie *Festi cod.* 4 strigones *Turnebus Aduers. XIV* 1 strigores *O. Muellerus* 5 eaque] ea quae petisso *Lindemannus assumpto quod in codice sequitur uocabulo* prisco puer *cod.*. *Aelius Stilo et Asinius cf. Lachmannus in Lucr. II* 991

VIII

Sí sciens fallo

EX INCERTIS INCERTORVM FABVLIS

I (21)

Aenéa! — Quis enim est, quí meum nomen núncupat?

II (Att. Melan. 13)

Festus p. 229 M. '[pro] — — alias pro a[dmiratione, ut pro Iuppiter] . . . . in Melani . . . . mani omu . . . . Plautus in Condalio' e. q. s. Vncis inclusa Paulus suppeditauit: cetera incertissima. Vrsinus haec: Accius in Menalippo: manu omnium.

III (Att. Neopt. 13)

. . . atque ego rep[éllam meis ratibús mare].

IV (Att. inc. fab. 12)

Sed iám pro[pellunt caéruleum ra]tés salum.

Helenam quaeque cum ea erant rapta reddere Achiuis.' Cicero ad Fam. VII 16 'in Equo Troiano scis esse in extremo: sero sapiunt.'

VIII Cicero ad Fam. VII 1 'omnino, si quaeris, ludi' (a. 698) 'apparatissimi, sed non tui stomachi conjecturam enim facio de meo. Nam primum honoris causa in scenam redierant ei, quos ego honoris causa de scena decesse arbitrabar. Deliciae uero tuae, noster Aesopus, eiusmodi fuit, ut ei desinere per omnes homines liceret. Is iurare cum coepisset, uox eum defecit in illo loco: si sciens fallo. Quid tibi ego alia narrem? nosti enim reliquos ludos. Quid? ne id quidem leporis habuerunt, quod solent mediocres ludi: apparatus enim spectatio tollebat omnem hilaritatem, quo quidem apparatu non dubito quin animo aequissimo carueris. Quid enim delectationis habent sexcenti muli in Clytaemnestra? aut in Equo Troiano creterrarum tria milia? aut armatura uaria peditatus et equitatus in aliqua pugna?'

Ex inc. inc. fab. I Varro de L. L. VI 60 M. 'nuncupare nominare ualere apparet in legibus . . . item in choro, in quo est: Aenea' e. q. s. 'item in Medio: quis tu es mulier' e. q. s. (coro Haun. choro ceteri libri. Fortasse: Hectore) III IV Festus p. 273 M. 'rates [uocantur tigna inter se colligata,] quae per aquam agan[tur, quo quidem no-

---

puera *Varro*, *Lindemannus* 6 Summani *Hermannus l. l.* Salmonei *O. Muellerus in Festum p.* 388

Ex inc. inc. fab. 1 enim *Haun.*, *om. ceteri* is *Grotius Bibl. crit. nou. IV* 3 reperculio ratibus mare *Scaliger* 4 sed iam

V (3)

. máter grauida párere se ardentém facem
Visa ést in somnis Hécuba: quo fató pater
Rex ípse Priamus sómnio, mentís metu
Percúlsus, curis súmptus suspirántibus,
Exsácrificabat hóstiis balántibus.
Tum cóniecturam póstulat pacém petens,
Vt se édoceret óbsecrans Apóllinem,
Quo sése uertant tántae sortes sómnium.
Ibi éx oraclo uóce diuina édidit
Apóllo, puerum prímus Priamo quí foret
Post ílla natus, témperaret tóllere:
Eum ésse exitium Tróiae, pestem Pérgamo.

VI

Omnís aequalis uíncebat quinquértio.

VII (25)

Sáncte Apollo, qui úmbilicum cértum terrarum óbtines,

cabulo] interdum etiam na[ues ipsae significantur.] Afranius in Epistula — — item [eodem nomine signi]ficarunt etiam re[mos. Attius in Neopto]lemo: atque ego rep...................... et alio loco: sed iam pro ....tes salum,' Supplementa sunt Scaligeri et Vrsini.

V Cicero de diu. I 21, 42 'haec etiam si ficta sunt a poeta' (sc. Ennio), 'non absunt tamen a consuetudine somniorum. Sit sane etiam illud commenticium, quo Priamus est conturbatus, quia mater grauida' e. q. s. VI Festus p. 257 M. 'quinquertium uocabant antiqui, quem Graeci πένταθλον, ut indicat uersus hic: omnis' e. q. s. 'Liuius quoque ipsos athletas sic nominat.' VII VIII Cicero de diu. II 56, 115 'at multi saepe uera uaticinati, ut Cassandra: iamque mari magno, ea-

---

propellunt caeruleum rates salum *Scaliger* sed iam rates propellunt c. s. *Albertus Langius Quaest. metr. p.* 8 5 quia mater *uulgo* 6 quo facto pater *libri* 7 mentis metu]. *cf. Foertschius Quaest. Tull. part. alt. p.* 16 (*Numburgi* 1846) 10 coniecturam *cdd. aliq. Orellii* coniecturum *Erl. Vind.* coniectorem *ceteri* 11 doceret *Vind. cdd. aliq. Orellii* apollonem *Erl.* 12 somniorum *Erl.* 13 oraculo *Erl.* uocem diuinam *ex Eliensi Dauisius* 14 prius *Vind.* 15 temperaret tollere *cd. Vossii, Vind. m. pr.*, *om. cod. S. Victoris* templaret tollere *Palat. b Erl.* tempora extollere *Vind. m. alt.* tempora et tollere *alii* tempora hunc si tolleret *uulgo* 18 sancte *Gruterus* o sancte *Ciceronis et Varronis libri* obtines *Varro et Ciceronis Vrsin.* obsides *celeri libri*

'Vnde superstitiósa primum saéua euasit uóx foras!

VIII

Dei quód Titanis Déliadae . . . .

IX

. . . . . . Hecuba, hóc dolet pudét piget.

X

. . heu heu páter, heú Hector!

XI

Pósteaquam abs té, Agamemno, tétigit aures núntius,
Extemplo edoláui iussum.

XII

cóncitum tetulí gradum.

XIII

Iam dómuitionem réges Atridaé parant.

demque paulo post: eheu uidete ..... Sed iam ad te uenio, o sancte Apollo' e. q. s. Varro de L. L. VII 17 M. (post Enn. inc. fab. XXXV) 'Dii quod Titanis Deliadae eadem — — [18]. Vmbilicum dictum aiunt ab umbilico nostro, quod is medius locus sit terrarum, ut umbilicus in nobis: quod utrumque est falsum.' Initio huius glossae lacunam notauit O. Muellerus post eadem (eodem Haun.), Spengelius post Deliadae. Praeterea sic scribendum proposuit O. Muellerus: idem quod 'Titanis Deliadae', eadem [numina significat] IX Quintilianus IX 3, 77 'fit etiam singulis uerbis' (sc. ὁμοιοτέλευτον): 'Hecuba.... pudet; et: abiit excessit erupit euasit.' X Charisius II p. 216 P. (144 Lind.) 'heu heu, pater' e. q. s. 'a dolore mentis adfectae.' Cf. Naekius Mus. Rhen. 1833 p. 486 (Opusc. I 350) XI Cicero ad Att. XIII 47, 1 'Posteaquam abs te, Agamemno, non ut uenirem ... sed ut scriberem tetigit aures nuntius, extemplo instituta omisi; ea quae in manibus habebam, abieci; quod iusseras, edolaui.' (aures .. instituta om. Med.) XII Charisius IV p. 248 P. (165 Lind.) 'prosthesis est, cum primae parti dictionis aut litera adicitur aut syllaba. Litera ... syllaba, ut: concitum t. g. pro tuli.' Diomedes p. 435 P. 'prosthesis est appositio quaedam ad principium dictionis. Literae ... syllabae, ut: concitum t. g. pro tuli.' Cf. Naekius Mus. Rhen. 1833 p. 486 (Opusc. I 350). Non inepte coniunxeris XII cum XI XIII Rhet. ad Herenn. III 21, 34 'cum uerborum similitudines imagini-

---

19 unde haec *Lambinus* foras *Gruterus* fera *libri* 20 dii *libri plerique* diis *Par. b* 21 pudet piget *Tur. Flor. Guelf. Goth.* (*tac. Gesn.*) piget pudet *ceteri* 22 heus *ter cod. et edd.*
23 *Versum effecit Gulielmus in Cistell cap.* 4, *nisi quod ille* ted *posuit. Possis etiam haec:* Póstquam abs te, Agamemno, út uenirem, tétigit a. n. 26 domuitionem *Victorius* domi ultionem *utroque loco libri*

XIV

Dómuitionis cúpidi imperium régis paene inmúnuimus.

XV (34)

Quod nísi quieris, Ménelae, hac dextra óccides.

XVI (59)

Proin démet abs te régimen Argos, dum ést potestas cónsili.

XVII (65. 66)

Nám sapiens uirtúti honorem praémium, haud praedám petit.
Sét quid uideo? férro saeptus póssidet sedís sacras

XVIII (69)

Omnés Danai atque Mycénenses,
Attíca pubes

bus exprimere uolemus, plus negotii suscipiemus et magis ingenium nostrum exercebimus. Id nos hoc modo facere oportebit: iam' e. q. s. 'in primo loco constituere oportet manus ad caelum tollentem Domitium, cum a Regibus Marciis loris caedatur. Hoc erit: iam domuitionem reges. In altero loco Aesopum et Cimbrum subornare Iphigeniam ut Agamemnonem et Menelaum. Hoc erit: Atridae parant. Hoc modo omnia uerba erunt expressa.' (subornari ut ad ephigeniam in agamemnonem et menelaum Par. Bamb. a Fris., nisi quod menalam Fris. subornari ut uel uagantem ephigeniam (ceteris omissis) Bamb. b subornari ut ad ephygeniam aduagantem agamemnonem et menelaum Tross. subornari ut ephigeniam uagantem (ceteris omissis) Tur. subornari in Iphigeniam (immolandam) a Calchante Agamemnonem et Menelaum Orellius in altero loco subornare Aesopum et Cimbrum in Iphigenia agentes Agamemnonem et Menelaum Bergkius Ind. lect. Marb. aest. 1844 p. XV   XIV Non. 96, 3 'domutionem. Pacuuius Hermiona .... Lucilius lib. XXVI: domutionis' e. q. s. Videntur enim haec ex tragoedia sumpta esse   XV Seneca epist. 80 'ille qui superbus atque inpotens et fiducia uirium tumidus ait: quod nisi' e. q. s. 'diurnum accipit, in centunculo dormit.'   XVI Censorinus fragm. c. 14 p. 95 Jahn. (2726 P.) 'octonarius iambus: proin' e. q. s.   XVII Cicero de orat. III 26, 102 'numquam agit hunc uersum Roscius eo gestu, quo potest: nam sapiens' e. q. s 'sed abicit prorsus, ut in proximos: set quid' e. q. s. 'incidat, aspiciat admiretur stupescat.'   XVIII Cicero

---

27 domuitionis *Mercerus* domutionis *libri*   paene *edd.* pene *libri*   28 *De elisione, quae est in uoce* Menelae, *dixit Lachmannus in Lucr. p.* 162   29 proin demet *Lachmannus* proinde et *libri*   consili *Lachmannus* consulendi *libri*   31 et quid *libri plerique* ecquid *Lagom.* 14 *Gud. b* at quid *Ellendtius*   32 atque *Erl. Eli-*

XIX

Artém ne pudeat próloqui, quam fáctites.

XX

. . . homo locum órnat, non hominém locus.

XXI

críspisulcans ígneum
Fúlmen

XXII (51)

Martém fatigat pródigus uitaé furor.

XXIII

Supréme belli atque ármorum arbitér potens!

XXIV

ab íllo sepelirí die
Suprémo

XXV (57)

Haec, béllicosus cuí pater, matér cluet Minérua.

de fin. II 6, 18 'quam etiam pecudes, si loqui possent, appellarent uoluptatem: aut, si magis placeret suo more loqui, quam ut omnes' e. q. s. 'reliquique Graeci, qui hoc anapaesto citantur, hoc non dolere solum uoluptatis nomine appellaret.' XIX Cicero Orat. 43, 147 'me autem siue peruagatissimus ille uersus, qui uetat artem pudere proloqui q. f., dissimulare non sinit quin delecter, siue tuum studium hoc a me uolumen expressit' e. q. s. Quamquam non necessario his in tragoedia locus erat XX Charisius V p. 254 P. (169 Lind.) 'per antimetabolen: homo' e. q. s.
XXI Cicero Topic. 16, 61 'cum autem erit talis causa, ut in ea non sit efficiendi necessitas, necessaria conclusio non sequitur ... At cum in Aiacis nauem crispisulcans i. f. iniectum est, inflammatur nauis necessario.'
XXII Seruius Centimetr. p. 1818 P. (366 G.) 'Archilochium constat trimetro acatalecto, ut est hoc: Martem' e. q. s. XXIII XXIV Festus p. 305 M. 'supp[remum modo significat] summum, ut [cum dicit.....] suppreme bel......................potens. Plautus — alias extre[mum significat, ut] in legibus XII — crimine necte tuo .... ab illo sepeliri die s.......... et quasi suppremo I[iuentia] tempora uoltu.' Lacerata membra XXIII senarium olim constituisse uidit Scaliger
XXV Censorinus fragm. c. 14 p. 95 Jahn. (2726 P.) 'octonarius iam-

---

ensis Dauisii, *Scaligeri uetus* aut *ceteri* 34 ne pudeat *elicui ex Ciceronis uerbis* uetat . . . pudere 35 homo ornat locum *cod.*
39 suppreme *cod. cf. Ritschelius Mus. Rhen.* 1850 *p.* 564 belli atque armorum arbiter *O. Muellerus. In cod. nihil apparet nisi* bel . . . . pater suppreme, belli et armorum p. *Scaliger* 41 suppremo *O. Muellerus* s . . . . *cod.* 42 bellicosus *Carrio* bellicosis *libri* pater, mater *Carrio* mater pater *libri*

XXVI (27)

Vbi ínitiantur géntes orarum últimae

XXVII

. . ops exit, sét ego egens exórtus sum.

XXVIII

. . . non múlta peccas: sét si peccas, égo te regere Póssum.

XXIX (19)

Videó te, uideo: uíue, Vlixes, dúm licet:
Oculís postremum lúmen radiatúm rape!

XXX (Att. Arm. iud. 19)

Apérte fatur díctio, si intéllegas:

bus [XVI]. Septenarius: haec' e. q. s. XXVI Cicero de nat. deor. I 42, 119 'omitto Eleusina, sanctam illam et augustam, ubi initiantur' e. q. s. 'praetereo Samothraciam eaque quae Lemni [XXXVII].' XXVII Festus p. 190 M. 'ops antiqui dicebant, quem nunc opulentum, ut testimonio est non solum ei contrarium inops .... concedit ego egens e. s.' (Lacunam his explet Scaliger: sed etiam cops, ut: is) XXVIII Cicero pro Mur. 29, 60 'non multa peccas, inquit ille fortissimo uiro senior magister, sed si peccas, te regere possum.' Quintilianus VIII 6, 30 'antonomasia, quae aliquid pro nomine ponit ... (Cicero) ipse certe usus est hac libertate: non multa' e. q. s. 'neutrum enim nomen est positum et utrumque intellegitur.' (set si ... possum om. Tur. Flor. Guelf. cum Goth. Alm. Voss. b Quintiliani) XXIX Cicero de orat. III 40, 162 (dicitur de uerbis translatis) 'quo in genere primum est fugienda dissimilitudo: caeli ingentes fornices. Quamuis sphaeram in scenam, ut dicitur, attulerit Ennius: tamen in sphaera fornicis similitudo non potest inesse. Viue' e. q. s. 'non dixit cape, non pete: haberet enim moram sperantis diutius esse uicturum: sed rape. Hoc uerbum est ad id aptatum, quod ante dixerat, dum licet.' Idem Acad. pr. II 28, 89 'quid loquar de insanis? .... quid? ille qui: uideo ... licet, nonne etiam bis se exclamauit uidere, cum omnino non uideret?' XXX Rhet. ad Herenn. II 26, 42 'item uitiosum est, cum id, de quo

---

43 orai ultimae *Bentleius in Hor. Carm. I* 35, 29 44 ops exit, set] concedit *cod.* cops edit *Scaliger* emortuus sum *O. Muellerus* 45 sed *Cicero* et *Quintiliani libri* ego *om. utroque loco* *Poteram eadem uno uersu sic disponere:* Nón enim multa péccas, set si péccas, ego te régere possum. *At Fleckeisenus commendauit iambicos septenarios:* . . . . non multa péccas: set si péccas, Te régere possum 47 uideo te, uideo *Bothius* uideo uideo te *libri* uiue *libri de orat.* uiuum *libri in Acad.* 48 radiantis (*sc.* solis) *Muretus Var. Lect. XI* 9 *e 'uetere libro,' suo* rape *om. Abrinc. Lagom.* 4 cape *Lagom.* 2 49 aperte aiax fatur *Bamb. b* Apertae fatur *Memmius*

Talí dari arma, quális qui gessít fuit,
Iubét, potiri sí studeamus Pérgamum.
Quem ego mé profiteor ésse, mest aecúm frui
Fratérnis armis mihique adiudicárier,
Vel quód propinquus uél quod uirtuti aémulus

XXXI (1)

Aiax

Cuius ípse princeps iúris iurandí fuit,
Quod ómnes scitis, sólus neglexít fidem:
Furere ádsimulare, né coiret, ínstitit.
Quod ní Palamedi pérspicax prudéntia

summa controuersia est, parum expeditur et quasi transactum sit relinquitur, hoc modo: aperte' e. q. s. XXXI Cicero de off. III 26. 98 'utile uidebatur Vlixi, ut quidem poetae tragici prodiderunt . . . sed insimulant eum tragoediae simulatione insaniae militiam subterfugere noluisse . . . quid enim auditurum putas fuisse Vlixem, si in illa simulatione perseuerasset? qui cum maximas res gesserit in bello, tamen haec audiat ab Aiace: cuius' e. q. s.

---

50 talis fuit iubet tali dari arma qualis qui gessit fuit *Bamb. a corr. Fris. in mg.* tali dari arma qualis ille qui gessit talis fuit *Tur.* tali fuit, *mediis omissis*, *Par. m. pr. Erf.* talis fuit *Bamb. a m. pr. Fris. Par. corr.* 51 *om. Bamb. a m. pr.* Pergamum *Par. m. pr. Erf.*, *quod recepi suadente Fleckeiseno* Pergamo *ceteri libri*
52 quem ego me profiteor esse mea aequum frui *Erf.* quam ego me profiteor esse meam est ecum frui *Par.* quae ego profiteor esse mea est equum frui *Bamb. a* quae ego profiteor esse mea. Me enim est equum frui *Bamb. b* quae ego profiteor esse meam est aequum frui *Fris.* quae profiteor esse mea. me enim est aequum frui *Tross.* quae ego mea profiteor esse me est equum frui *Tur.* quae ego mea profiteor esse: nam me aequom est frui *Bothius*, *Hermannus Opusc. VII* 369, *nisi quod hic* ego *deleuit.* quem ego profiteor esse. Me, me aequum est frui *Oudendorpius* *Poterat etiam esse:* me enim aecúmst frui 53 armis *om. Par. Fris. Tur. Erf.* 54 quia propinquus *Bamb. b* uirtutis *Bamb. a b Fris. Tross.* uirtute *Par. Erf.*, *Hermannus* uirtutum *Tur.* remulus *Par. m. pr. Erf.* romulus *Par. corr.* emulus sum *Bamb. b Tross. cf. Bergkius Ephem. Marb.* 1851 *p.* 231. *Potuit sequenti uersu uel* sum *illo uel alio uerbo sententia compleri* 55 iusiurandi *Oehl.* 56 neglexerit *Bamb. Oehl.*
57 assimulare *Bern. c* assimulauit *libri plerique* adsimulauit *Bamb. Gud. a*, *sed* ad *eraso et* se *superscripto* insimulauit *Oehl.* ne quo iret *Gud. a*, *unus Oxon.* 58 Palamedi *Bamb.* Palamedis *ceteri*

Istíus percepset málitiosam audáciam,
Fidé sacratae iús perpetuo fálleret.

XXXII (Att. Arm. iud. 18)

Vidí te, Vlixes, sáxo sternentem Héctora,
Vidí tegéntem clípeo classem Dóricam:
Ego túnc pudendam trépidus hortabár fugam.

XXXIII (47)

. fácinus fecit máximum, cum Dánaís inclinántibus
Summám rem perfecít, manu suá restituit praélium
Insániens.

XXXIV

Ignóminiae dolóre uictor ínsolens
. . . . se uíctum nón potuít pati.

XXXII Charisius IV p. 252 P. (168 Lind.) 'per mycterismon, id est derisum quendam, tamquam: uidi' e. q. s. 'haec omnia derisu quodam dicta sunt a fortiore ad non fortem.' XXXIII Cicero Tusc. disp. IV 23, 52 'semper Aiax fortis, fortissimus tamen in furore; nam facinus' e. q. s. Ex comico quodam producta esse censet Bentleius XXXIV Cicero pro Scauro §. 3 p. 75 Peyron. (A. Mai auct. class. II 289) 'quid? in omnibus monumentis Graeciae, quae sunt uerbis ornatiora quam rebus, quis inuenitur, quom ab Aiace fabulisque discesseris, qui tamen ipse ignominiae dolore, ut ait poeta, uictor...pati, praeter Atheniensem Themistoclem, qui se ipse morte multauit?'

---

59 percepset *edd., quam formam addubitat Maduicus Opusc. II p. 69 not. cf. Turnebus Aduers. VIII* 3 percepisset *libri (sed* i *eraso, ut uidetur, in Bamb.) 'quod qui seruandum censuerit*, eius *scribere debebit' Hermannus de Maduigii interpret. quarundam uerbi Lat. formarum p. 7* audatiam *Bamb.* astutiam *Gud. a, Wakefieldus in Lucr. I* 234 60 fide sacratae *Bern. e, 'plerique cdd.' Fabricii* fide sacrata *Bern. d Bamb. Oehl. cum plerisque* ei de sacrata *Bern. a b* fides sacrata *Bas.* fide sacratum *Bern. c* fides sacratae *Hermannus l. l.* 63 trepidus *Fabricius* trepidus pedibus *cod.* 64 nam facinus *uulgo* cum in acie facit fecit m. Nam Danais incl. *Mon. a* 65 *sq.* rem perfecit, manu sua restituit proelium Insániens *Hermannus Opusc. VII* 385 rem perficit manus proelium restituit insaniens *Reg. Pith. Gud.* rem perfecit manus p. r. i. *Bern.* perfecit rem manus p. r. i. *Rehd.* perficit Marius p. r. i. *Marb.* perfecit rem manu, r. p. i. *libri plerique* rem perfecit manu, rem restituit insaniens *Bentleius* rem erexit, proelium restituit manus insaniens *Grotius Bibl. crit. nou. IV*

XXXV

Fató, non ferro moérus Argiuum óccidit.

XXXVI

Loca ego áspera saxea tésca tuor.

XXXVII (28)

Noctúrno aditu occultá coluntur
Siluéstribus saepibus dénsa.

XXXVIII (Enn. Hec. 15)

'Adsum atque aduenio 'Acherunte uíx uia alta atque árdua,
Pér speluncas sáxis structas ásperis pendéntibus
Máximis, ubi rígida constat crássa caligo ínferum.

XXXIX (Enn. Hec. 16)

. . . . obscura úmbra opertae ex óstio
. . . alti 'Acheruntis . . salso sánguine

XXXV Quintilianus VIII 6, 10 (dicitur de translatione) 'pro rebus animalibus inanima: ferro' e. q. s. Tragici uersum agnouit Muretus Var. Lect. XIX 2   XXXVI Festus p. 356 M. '[tesca Verrius ai]t loca augurio desig[nata, quo sit term]ino finis in terra auguri. Op[ilius autem Aureli]us loca consecrata ad [augurandum scrip]sit. Sed sancta loca undique [saepta doce]nt pontificii libri — — [Cicero u]ero aspera, difficilia aditu . . . . ca aspera, saxa tesca tuor . . . . cteta: quis tu es mortalis' e. q. s. Paulus p. 357 M. 'tesca loca augurio designata. Cicero aspera ait esse et difficilia.' (Cicero uero aspera, difficilia aditu dixit, cum ait: loca aspera s. t. t. Accius in Philocteta suppleuit Vrsinus Quidam explicauere aspera, difficilia aditu. Attius: loca aspera s. t. t. idem in Philocteta Scaliger. Versum, non uocem a Cicerone abiudicauit Orellius in Opp. Cic. IV 2 p. 582. Poterat autem esse: Accius: loca a. s. t. t. item in Philocteta)   XXXVII Cicero de nat. deor. I 42, 119 'omitto Eleusina . . . [XXVI] praetereo Samothraciam eaque quae Lemni nocturno' e. q. s. 'quibus explicatis ad rationemque reuocatis rerum magis natura cognoscitur quam deorum.'   XXXVIII XXXIX Cicero Tusc. disp. I 16, 37 'in terram enim cadentibus corporibus eisque humo

---

69 ferro non fato *Tur. Flor. m. pr.* ferro an fato *ceteri libri* ferro anne fato *Muretus* ferrum, *om.* non fato, *Goth. Voss. b*   moerus *Tur. m. pr.* maerus *Guelf.*, *om. Goth. Voss. b* emoerus *Flor.* emoerus uel numerus *Tur. m. alt.* moecus *ms. Mureti* uirtus *ceteri*   70 ego *om. cod.*   saxea *O. Muellerus* saxa *cod.*   76 *sq.* obscura umbra apertae hostio alte acheruntis salso sanguine *Reg. Gud.*, *nisi quod* aperte *Reg.* obscurae umbrae aperto ostió Alti Acherontis fuso sanguine *Bentleius*, *sed* obscura umbra opertae *idem alias* obscura

XL

'Vsque quaque sápere oportet: íd erit telum acérrimum.

XLI

mané mane, porro ut aúdias!

XLII (29)

Quá tempestate Hélenam Paris innúptis iunxit núptiis,
'Ego tum gráuida explétis iam fui ád pariendum ménsibus.
Pér idem tempus Pólydorum Hecuba pártu postremó parit.

XLIII

Et egó íbo ut latebras rúspans rimer máritimas.

tectis, e quo dictum est humari, sub terra censebant reliquam uitam agi mortuorum. Quam eorum opinionem magni errores consecuti sunt, quos auxerunt poetae. Frequens enim consessus theatri, in quo sunt mulierculae et pueri, mouetur audiens tam grande carmen: adsum ... inferum: tantumque ualuit error ... ut, corpora cremata cum scirent, tamen ea fieri apud inferos fingerent, quae sine corporibus nec fieri possent nec intellegi ... inde Homeri tota *νεκυία*: inde... *νεκυομαντεῖα* ... inde in uicinia nostra Auerni lacus, unde animae excitantur obscura ... sanguine, imagines mortuorum. Has tamen imagines loqui uolunt.' (imagines mortuorum libri plerique mortuorum imagines Ellens. c Petrens., Bentleius tamquam poetae uerba. Sed uidentur potius e margine illata esse: cf. Cicero de diu. I 30, 63) Non. 272, 32 'constitit, erectus est .... Cicero Tusculanarum lib. I: ubi rigida c. c. c. inferum.' XL Cicero ad Fam. VII 16 'in Equo Troiano scis esse in extremo: sero sapiunt ... Vsquequaque' e. q. s. XLI Charisius II p. 216 P. (144 Lind.) 'mane' e. q. s. 'cupiditatis adfectus est.' XLII Cicero de orat. III 58, 219 'aliud' (uocis genus sibi sumit) 'molestia: sine commiseratione graue quoddam et uno pressu ac sono obductum: qua tempestate' e. q. s. Idem Orat. 49, 164 'quare bonitate potius nostrorum uerborum utamur quam splendore Graecorum, nisi forte sic loqui paenitet: qua ... Helenam, et quae sequuntur.' XLIII Festus p. 265 M. 'ruspari est quae-

---

umbra aperto alti ostio Acheruntis falso sanguine *Bothius* 79 *An:* audiam? 80 qua in *Lagom.* 2 13 36 quam *Lagom.* 32 *corr.* tempestate Helenam Paris *Lachmannus* tempestate Paris Helenam *libri* Paris tempestate Helenam *Bothius* innuptiis *Abrinc. et plerique ceteri* nuptias *Abrinc. Erl. b Lagom. aliq. Gud. a et c* 81 fui *Bothius* fere *libri* 82 Hecuba] haec ubi *Erl. b* 83 rimer maritimas *Scaliger* rimeram aptimas *cod.*

XLIV

Naufrágia, labes géneris ignorás, senex?

XLV (Enn. Telam. 8)

Telamo

'Ego cum genui, túm morituros scíui et ei rei sústuli.
Praéterea ad Troiám cum misi ob défendendam Graéciam,
Scíbam me in mortíferum bellum, nón in epulas míttere.

XLVI (18)

. inter se strépere aperteque ártem obterere extíspicum:
Sóluere imperát secundo rúmore aduersáque áui.

rere crebro, ut hoc uersu indicatur: et ego' e. q. s. XLIV Charisius V p. 251 P. (168 Lind.) 'διάλυτον est sine διάλυσις oratio nulla coniunctione interposita, ut: alii naualibus ite' e. q. s. 'et' aliubi: naufragia' e. q. s. 'sententiae hic plures sine coniunctione finiuntur.' XLV Cicero Tusc. disp. III 13, 28 'uidentur enim omnia repentina grauiora. Ex hoc et illa iure laudantur: ego cum' e. q. s. Ibidem 24, 58 'atque hoc idem et Telamo ille declarat [85].' (Totum uersum exhibent Marb. Duisb. Oxon. unus, et uerbis genui ... sustuli m. alt. ascriptis Reg. ego cum genui moriturum sciui Vindd. Mon. b Rehd. et additis m. alt. moriturum sciui Bern. ego cum genui ceteri) Seneca ad Polyb. de cons. 11, 30 'quanto ille iustior, qui nuntiata filii morte dignam magno uiro uocem emisit: ego ..... sciui. Prorsus non mireris ex hoc natum esse qui fortiter mori posset ... ego ... sciui. Deinde adiecit rem maioris et prudentiae et animi: et huic rei sustuli.' Fronto de bello Parth. p. 199 ed. Rom. (105 Nieb.) 'an cunctetur de militibus nostris Mars pater illa dicere? [85] Praeterea cum in terrarum orbem misi ob defendendum imperium, Scibam me in mortifera bella' e. q. s. 'haec uerba Telamo Troiano bello de suis liberis semel elocutus est.' Hieronymus epist. ad Heliodor. III 'ubi illud ab infantia studium literarum et Anaxagorae ac Telamonis semper laudata sententia: sciebam me genuisse mortalem?' (cf. Cic. Tusc. disp. III 14, 30) XLVI Cicero de diu. I 16, 29 'ut P. Claudius Appi Caeci filius eiusque collega L. Iunius classes maximas perdiderunt, cum uitio nauigassent. Quod eodem modo euenit Agamemnoni: qui, cum Achiui coepissent inter se' e. q. s.

84 ignorat *cod.* *Interrogandi signum uulgo deest* 85 moriturum *Seneca*, *Ciceronis libri deteriores* ei] huic *Seneca* 86 missi, *sed ut prior s uideatur deleta esse*, *Fronto* 87 scibam *Fronto* sciebam *Ciceronis libri* 88 inter sese *Dautisius* illi inter se *Stieglitzius de Pac. Dulor. p.* 126

XLVII (54)

Nisi sí qua Vlixes líntre euasit Lártius

XLVIII (55)

. . in se ipse omném spem reponét sui.

XLIX (Pac. Teuc. 21)

Teucer

patria est, ubicumque ést bene.

L (Enn. Telam. 9)

Hícine est ille Télamo, modo quem glória ad caelum éxtulit,
Quem áspectabant, cuíus ob os Graj óra obuertebánt sua?

XLVII Quintilianus VI 3, 96 'adiuuant urbanitatem et uersus commode positi seu toti ut sunt . . . quod fit gratius, si qua etiam ambiguitate conditur, ut Cicero in Larcium' (in lertium Flor. in arcium Par. a Tur. m. pr. et tertia in arrium Guelf. marcium Tur. m. sec. Ambr. a in martium ceteri libri) 'hominem callidum et uersutum, cum is in quadam causa suspectus esset: nisi' e. q. s. Cf. Cicero Brut. 60, 216 Quintil. XI 3, 129 XLVIII Cicero Tusc. disp. V 12, 36 'quid uero? in epitaphio quo modo idem?' (sc. Plato) 'nam cui uiro, inquit, ex se ipso apta sunt omnia, quae ad beate uiuendum ferunt, nec suspensa aliorum aut bono casu aut contrario pendere ex alterius euentis et errare coguntur, huic optime uiuendi ratio comparata est. Hic est ille moderatus, hic fortis, hic sapiens; hic et nascentibus et cadentibus cum reliquis commodis tum maxime liberis parebit et oboediet praecepto illi ueteri: neque enim laetabitur umquam nec maerebit nimis, quod semper in se ipse omnem spem reponet sui.' Quae omnia ad uerbum uertit Cicero ex Platonis Menexeno p. 248 A exceptis eis quae separauimus. Haec enim in Graeco exemplari simplicius dicta sunt: διὰ τὸ αὑτῷ πεποιθέναι. Quare haec fortasse a patrio quodam poeta petita possis suspicari. Duos etiam senarios posuit Bentleius, quorum prior: 'neque enim laetabitur umquam aut maerebit nimis.' XLIX Cicero Tusc. disp. V 37, 108 'itaque ad omnem rationem Teucri uox accommodari potest: patria' e. q. s. cf. P. Syrus 543 Or. L Cicero Tusc. disp. III 18, 39 'quid ergo? huiusne uitae propositio et cogitatio aut Thyestem leuare poterit aut

---

90 nisi si *Spaldingius*, *Ambr. a* nisi *ceteri libri* lintre *uel* inde euasit *Spaldingius* interuasit *Tur. Alm. Ambr. a Flor.* inteuasit *Guelf.* arte euasit *libri Burmanno notati* rate euasit *ceteri* Lartius *Spaldingius* Lertius *Tur.* Lercius *Flor. m. pr.* Laertius *ceteri* 91 quod semper in se *Bentleius* ipso *Bern. Oxon. aliq.* reponit *Victorius, fortasse recte* ponet *Dauisius*, *Bentleius* 93 hicine *Lambinus* haecine *Reg. Pith.* hiccine *uulgo* ille Telamo *Bern.* ille Telamon *Reg. Pith.* Telamo ille *ceteri* 94 aspectabam *altero loco Med.*

* * *

simul ánimus cum re cóncidit.

LI (58)

Quae tám terribilis túa pectora turbát, terrifico sónitu inpulit?

LII (22)

Quís meum nóminans nómen aede éxciet?
Quís tumultu ínuocans íncolarúm fidem?

LIII (60)

Quí repens sémisomnum, ónere pulsáns graui
Hás fores, strépitu terrét?

LIV (32)

Ioue própagatus ést, ut perhibent, Tántalus,
Ex Tántalo Pelóps, ex Pelope autém satus
Atreús, qui nostrum pórro propagát genus.

Aeetam, de quo paulo ante dixi; aut Telamonem pulsum patria, exulantem atque egentem, in quo haec admiratio fiebat: hicine est... obuertebant sua? Quod si cui, ut ait idem, simul animus cum re concidit, a grauibus illis antiquis philosophis petenda medicina est, non ab his uoluptariis.' Idem ad Fam. IX 26 'in eo igitur,' inquis, conuiuio Cicero ille [94]?' LI—LIII Censorinus fragm. c. 14 p. 96 Jahn. (2726 P.) 'Aristobolius [LI]. Hic circuitus magis quam uersus est. Dactylum crebrum habet, rarum spondium. Paeon duodenarius [LII]. Et hic circuitus magis quam uersus est. Huic suberit denarius [LIII].' (Archebulius Nic. Loensis Epiph. V 8) LIV Quintilianus IX 3, 57 'inuenitur apud poetas quoque' (sc. gradatio) 'ut apud Homerum de sceptro, quod a Ioue ad Agamemnonem usque deducit: et apud nostrum etiam tragicum: Ioue' e. q. s. (usque deducit .... Tantalus om. Tur. Flor. m. pr. Guelf. totum locum om. Alm.) Diomedes II p. 443 P. 'apud nos-

---

Graj ora *Lachmannus in Lucr. p.* 163 Grai ora *Reg. Pith.* Grai lora *Med. altero loco* Graii ora *uulgo* 95 cum re concidit *libri deteriores*, *Bentleius* re concidit *Bern. in mg.*, *Marb.* rem condidit *Reg. Pith. cum aliis deterioribus* 96 quae tam *Bothius* quaedam *libri* tua pectora] tria, *om.* pectora, *Gorlic.* turbans *O. Jahnius* terrificum sonitum *Bothius* inpulit *Darmst.* intulit *Vat. Gorl.*, *Bothius* 97 aede *Lachmannus*, *om. libri* 97 *sq.* exarquamuis *Gorl.* 98 tumultu *Scaliger Coni. p.* 56 tumultum *libri* 99 *sq.* qui repens semipulsus onere graui fores strepitu terrent *libri*, *nisi quod* honere *Vat. et* screpitu *Darmst.* 102 Tantalo ortus Pelops *Tur. Flor. Guelf. Par. a et b Goth. Voss. b Quintiliani* 103 propagat, *om.* genus, *erasa priore scriptura Flor.*, *Ambr. a* pro-

LV (33)

En ímpero Argis, scéptra mihi liquít Pelops,
Qua pónto ab Helles átque ab Iònió mari
Vrgétur Isthmus.

LVI

Quasi Héllespontum et claústra . . . . .

LVII

Tántalo prognátus, Pelope nátus, qui quondam á socru
Oénomao rege Híppodameam ráptis nanctust núptiis.

LVIII (13)

'Ob scelera animique ímpotentiam ét superbiloquéntiam . .

trum etiam tragicum sic: Ioue' e. q. s. LV Seneca epist. 80 'ille qui in scena latus incedit et haec resupinus dicit: en impero' e. q. s. 'seruus est: quinque modios accipit et quinque denarios.' Quintilianus IX 4, 140 'itaque, ubi necesse est, affectamus etiam tumorem, qui spondeis atque iambis maxime continetur: en impero ... Pelops.' Cicero Orat. 49, 163 'uerba, ut supra diximus, legenda sunt potissimum bene sonantia, sed ea non ut poetae exquisita ad sonum, sed sumpta de medio. Qua ponto ab Helles superat modum.' Cf. Meinekius Ephem. Marb. 1844 p. 15 LVI Varro de L. L. VII 21 'quasi' e. q. s. 'claustra, quod Xerxes quondam eum locum clausit; nam ut Ennius ait: isque Hellesponto pontem contendit in alto; nisi potius ab eo quod Asia et Europa ubi collidit, mare inter angustias facit Propontidis fauces.' (Cassi: Hellespontum O. Muellerus Cassius: Hellespontum Scioppius C. Accius: Hellespontum Canterus Nou. Lect. V 26, Vrsinus cf. Scaliger Coni. p. 69) LVII Cicero Tusc. disp. III 12, 26 'aegritudinem ... depellamus ... qualis enim tibi ille uidetur Tantalo' e. q. s. 'Iouis iste quidem pronepos. Tamne ergo abiectus tamque fractus? Nolite, inquit, hospites' e. q. s. [Enn. Thy. VIII] Tu te, Thyesta, damnabis orbabisque luce propter uim sceleris alieni?' Numeros constituit Bentleius, quem tamen sequentia etiam Iouis iste quidem pronepos minus recte poetae dedisse intellexit post Dauisium Wolfius 2 LVIII Cicero Tusc.

---

pagauit *Guelf.* pagenus *Tur. m. pr.* parauit genus *idem m. alt.*
104 enim peroasgus *Flor. Quintiliani* H peroasgus *Goth.* peroargus *Guelf.* Hyperoargus *reliqui* ponto Helles *Gud. c Ciceronis* pontus Helles *celeri Ciceronis libri* 107 ad Hellesponti claustra *Scaliger Coni. p.* 69 *Fortasse erat:* Quasi Helles pontum claustra dicunt marit ma 108 socru *Bentleius* socero *libri* 109 raptis *Gud. Reg. Bern. alii cdd. Dauisii* raptus *et supra lin.* ruptis *Rehd.* ractis *Marb.* raptus *Pith. Oxon. unus* raptu *Bentleius* nanctust *Tregderus* nanctus *Gud. Reg.* nactus est *Pith.* nactis *Rehd. m. pr.* uactus *Marb.* nactus *ceteri libri* nactust *Bentleius* nutis *Reg.*

LIX

Ménto summam aquám [nitenti] attíngens enectús siti

LX (Att. Atr. 3)

Atreus

Proinde íta parent se in uíta, ut uinci nésciant.

LXI (48)

Quándo quidem is se círcumuestit díctis, saepit sé-
dulo.

LXII (68 Enn. inc. fab. 57)

Annón nouisti huius uérsutiloquas málitias?

disp. IV 16, 35 'quam uim mali significantes poetae impendere apud inferos saxum Tantalo faciunt ob scelera' e. q. s. LIX Cicero Tusc. disp. I 5. 10 'dic, quaeso, num te illa terrent, triceps apud inferos Cerberus, Cocyti fremitus, trauectio Acherontis, mento . . . siti Tantalus?' Non. 401, 26 'summum, proximum. Cicero Tusculanarum lib. I: summam . . . Tantalus.' Priscianus IX p. 861 P. (I p. 453 K.) 'necatus a necaui et nectus a necui facit. Horatius . . . enectus arando Liuius . . . squalore enecti. Cicero Tuscul. I: enectus siti Tantalus'

LX Cicero Tusc. disp. V 18, 52 'nec putet ad se praeceptum illud Atrei pertinere: proinde' e. q. s. (praeceptum illud antiquum pertinere cod. Vrs.) LXI Cicero de orat. III 39, 158 (transferuntur uerba) 'aut quo significetur magis res tota siue facti alicuius siue consilii, ut ille, qui occultautem consulto, ne id quod ageretur intellegi posset, duobus translatis uerbis similitudine ipsa indicat: quandoquidem' e. q. s. LXII Cicero de orat. III 38, 154 'nouantur autem uerba, quae ab eo qui dicit ipso gignuntur ac fiunt, uel coniungendis uerbis ut haec' [Enn. 21] 'annon' e. q. s. 'uidetis enim et uersutiloquas et expectorat ex coniunctione facta esse uerba, non nata.' Idem Orat. 49, 164 'immo uero ista' (sc. uerba bene sonantia) 'sequamur asperitatemque fugiamus [LXXVI] itemque (sic Ernestius idemque libri): uersutiloquas malitias.' Non. 189, 9 'uersutiloquax. Cicero de oratore lib. III: annon' e. q. s.

---

111 aquam nitenti attingens *Ritschelius Mus. Rhen.* 1852 *p.* 155 *Cf. ibidem* 1850 *p.* 598 *sq.* aquam attingens *libri*, *nisi quod* attinget *Nonius* aqūam attingens *Lachmannus in Lucr. VI* 552 *Possis etiam coll. Lucr. VI* 868 *scribere:* . . mento súmmum laticem attingens enectus siti *Reg. Ciceronis*, *Priscianus* senectus siti *Nonius* siti enectus *ceteri Ciceronis libri* 113 is se *ut coniecerat Pearcius*, *Gud. b c Lagom.* 2 13 32 iste *ceteri libri* saepit] saepe *Abrinc. Erl: b* sedulo] se dolo *Osannus Ephem. Darmst.* 1837 *p.* 59, *Bergkius* 114 annum nouis huius me uersutiloquax malitia *Nonius* num non uis huius me uersutiloquas malitias *Ciceronis libri* (*nisi quod* num uero me uis *Pal.* 9 me huius *Lagom.* 20 me *om. Lagom.* 3 6 15 67 84 milicias *Erl. b*) non nouisse huius me u. m. *Bothius* anne non nouisti huiusce u. m. *Beierus praef. fragm. Cic. orat. p. XVI*.

LXIII

Nóstra miseriá tu es magnus . . . .

* * *

Eándem uirtutem ístam ueniet témpus cum grauitér gemes.

* * *

Sí neque leges té neque mores cógunt . . . . .

LXIV (Att. Pelop. 8)

éuolem,
'Vbi nec Pelopidárum nomen néc facta aut famam aúdiam.

LXV (35)

Thespróte, si quis sánguine exortám tuo

,uidetis enim et uersutiloquax et . . . esse uerba.' LXIII Cicero ad Att. II 19 'populi sensus maxime theatro et spectaculis perspectus est. Nam gladiatoribus qua dominus qua aduocati sibilis conscissi: ludis Apollinaribus' (a. 695) 'Diphilus tragoedus in nostrum Pompeium petulanter inuectus est: nostra' e. q. s. 'miliens coactus est dicere. Eandem' e. q. s. 'totius theatri clamore dixit, itemque cetera. Nam eiusmodi sunt ei uersus, ut in tempus ab inimico Pompei scripti esse uideantur. Si neque' e. q. s. 'et cetera magno cum fremitu et clamore sunt dicta. Caesar cum uenisset mortuo plausu, Curio filius est insecutus. Huic ita plausum est, ut salua re publica Pompeio plaudi solebat. Tulit Caesar grauiter. Literae Capuam ad Pompeium uolare dicebantur. Inimici erant equitibus, qui Curioni stantes plauserant: hostes omnibus.' Valerius Maximus VI 2, 9 'Diphilus tragoedus, cum Apollinaribus ludis inter actum ad eum uersum uenisset, in quo haec sententia continetur: miseria nostra magnus est, directis in Pompeium manibus pronuntiauit. Reuocatusque aliquotiens a populo sine ulla cunctatione nimiae illum et intolerabilis potentiae reum gestu perseueranti egit. Eadem petulantia usus est in ea quoque parte: uirtutem istam . . . gemas.' Cf. Lipsius Var. Lect. I 11

LXIV Cicero ad Fam. VII 30 'hinc ipse euolare cupio et aliquo peruenire, ubi nec Pelopidarum nomen nec facta audiam.' Idem ad Fam. VII 28 'es consecutus ut ibi esses, ubi nec Pelopidarum, nosti cetera.' Idem ad Att. XV 11 'itaque etsi ne antea quidem dubitaui, tamen nunc eo minus, euolare hinc idque quam primum, ubi nec Pelopidarum facta neque famam audiam.' Idem ad Att. XIV 12 'itaque exire aueo, ubi nec Pelopidarum, inquit.' Idem Phil. XIII 21, 49 'moueri sedibus suis huic urbi melius est atque in alias, si fieri possit, terras demigrare, unde Antoniorum nec facta nec nomen audiat, quam' e. q. s. Cf. Langius Vind. p. 34 LXV Charisius IV

116 gemas *Valerius Maximus* 117 te *om. libri* 118 euolem *reuocaui e Ciceronis uerbis* 119 *fecit Bothius: sed nescio an concinnius sit:* 'Euolem ubi nec Pelopidarum facta neque famam audiam

Prolem ínter aras sácrificas sacram ímmolet,
Quid méritus hic sit, dúbium id an cuiquám fuat?

LXVI (37)

rite Thesprotúm pudet
Generí, quod ipse a Tántalo ductát genus.

LXVII (31)

'Erras erras: nam éxultantem te ét praefidentém tibi
Répriment ualidae légum habenae atque ímperi insistént iugo.

LXVIII

. . . . quae múlier una
'Vsurpat dupléx cubile

p. 254 P. (169 Lind.) 'de transitu siue transmutatione personarum, cum a nostra ad alteram transimus et per illam transfigurantes, quod uolumus, retinemus, ut: Thesprote' e. q. s. 'hic a persona in aliam personam transit, ut argutans per illam ostenderet, quid uellet increpare.'

LXVI Charisius IV p. 247 P. (164 Lind.) 'sarcasmos est allegoriae figura deridendi causa ficta, ut: rite ... genus; per haec enim uult intellegi, ignobilem esse Thesprotum.' LXVII Cicero de orat. III 41, 166 'nam illud, quod ex hoc genere profluit, non est in uno uerbo translato, sed ex pluribus continuatis conectitur, ut aliud dicatur, aliud intellegendum sit [LXXIV]. Atque illud: erras erras' e. q. s. 'sumpta re simili uerba eius rei propria deinceps in rem aliam, ut dixi, transferuntur.' Cf. Iulius Victor c. 20 p. 252 Or. LXVIII—LXX Cicero ad Fam. IX 22 'placet Stoicis suo quamque rem nomine appellare. Sic enim disserunt,

121 aras sacrare sacram *cod.* aras sacras sacratam *Grotius Bibl. crit. nou. IV* aras sacram sacras *Bothius* 122 dubium an *cod.* dubium an id *Bothius* dubiumne id *Grotius* fuat *Fabricius olim* fiat *cod.* siet *Fabricius*, *Putschius* 123 ritae *ed. pr.* merito *Grotius Bibl. crit. nou. IV* pudet *Bothius* pudeat *cod.* 124 generi] rei *cod.* ductat *Bothius* ducat *cod.* 125 erras *semel om. Erl. Abrinc. Vict. Gud. a c Lugom. praeter* 17 *omnes* nam et uidente te et praefidente tibi *Abrinc.*, *item Erl. b*, *nisi quod hic* praesidente. nam et uidente et praesidente tibi *Erl. a* 126 insistant *Lagom.* 4 iam perii insistente iugo *Iulius Victor* 128 usurpat *Nobbius* usurpato *Med.* usurpet *margo Cratandrinae* *Posses iambicos septenarios describere:* quae múlier una usúrpat Dupléx cubile, *si certo exemplo constaret id numerorum genus in tragoedia fuisse usurpatum. Sed Ennii inc. nom. LVI ualde dubito num recte tragicis uersibus inseruerim, Attii autem inc. fab. XXXV multis modis aliter potest disponi: ut in hac certe parte Bentlei in Cic. Tusc. disp. I 44 grauissimum de iambicis tetrametris edictum ratum fiat.*

LXIX

huíus, Phere,
Híc cubile míre est ausus.

LXX

Vírginem me quóndam inuitam pér uim uiolat Iúppiter.

LXXI (38)

. Erebo creáta fuscis crínibus Nox, te ínuoco.

LXXII (17)

Caelúm nitescere, árbores frondéscere,
Vités laetificae pámpinis pubéscere,
Ramí bacarum ubértate incuruíscere,
Segetés largiri frúges, florere ómnia,
Fontés scatere, herbis práta conuestírier.

LXXIII (42)

Téla, famuli, téla tela própere! sequitur mé Thoas.

nihil esse obscenum, nihil turpe dictu ... itaque non modo in comoediis res ipsa narratur ... sed etiam in tragoediis. Quid est enim illud? quae mulier una; quid, inquam, est? usurpat d. c. Quid? [LXIX] quid est? [LXX] Bene uiolat: atqui idem significat: sed alterum nemo tulisset.' LXXI Paulus Festi p. 83 M. 'Erebum Vergilius interdum obscuritatem quandam esse describit apud inferos . . . Varro uero Erebo natam Noctem ait. Vnde est et illud: Erebo' e. q. s. LXXII Cicero Tusc. disp. I 28, 69 'hic autem, ubi habitamus, non intermittit suo tempore caelum' e. q. s. Idem de orat. III 38, 154 'nouantur autem uerba, quae ab eo qui dicit ipso gignuntur ac fiunt uel coniungendis uerbis... uel saepe sine coniunctione uerba nouantur, ut: ille senius, ut: di genitales, ut: bacarum ubertate incuruiscere.' Non. 122, 17 'incuruiscere. Cicero de oratore lib. III: ut bacarum ubertatem incuruiscere. Ita et in Tusculanis lib. I.' LXXIII Censorinus fragm. c. 14 p. 95 Jahn. (2726 P.) 'tetrametros, qui Latine quadratus uocatur, choricus talis est: tela' e. q. s.

---

129 Ferei *Med.* Pheraei *Ernestius* 132 Erebo, te, creata, *omisso postea* te, *Bothius. Fortasse:* Erebo procreata 134 laetificae *probauit Bentleius* laetificare *Reg.* laetiscere *Pal. a* 135 uacarum *Abrinc.* uaccarum *Erl. b de orat.* baccarum *Bamb. Nonii* incuruiscere *Nonius, unus Oxon. Tusc.* incuruascere *cdd. aliq.* incuruescerel *Erl. a de orat.* inturgescere *Gud. b, aliq. Lagom.* incuruescere *Reg. Tusc. cum plerisque ceteris* 137 prata conuestirier Herbis *Naekius in Valer. Cat. p.* 43 138 tela, tela propere *Bothius* tela propere *libri* tela propere, tela *Lipsius apud Scriuerium, Naekius Opusc. I* 92

LXXIV (30)

néque me patiar
'Iterum aduncum scópulum ut olim clássem Achiuom offéndere.

LXXV

. . saxea ést uerruca in súmmo montis uértice.

LXXVI (67)

Hábeo istanc ego pérterricrepam . . . .

LXXVII

auárum est mulierúm genus.

* * *

auro uítam uendidít uiri.

LXXVIII

prudens ét sciens
Ad péstem ante oculos pósitam . . . . .

LXXIV Cic. de or. III 41, 166 (uide LXVII) cf. Iul. Vict. c. 20 p. 252 Or. LXXV Quintilianus VIII 3, 48 'deformitati proximum est humilitatis uitium, *ταπείνωσιν* uocant, qua rei magnitudo uel dignitas minuitur, ut: saxea' e. q. s. Idem VIII 6, 15 'sunt etiam quaedam et humiles translationes, ut id de quo modo dixi: saxea est uerruca, et sordidae.' Cf. Cato apud Gellium III 7 LXXVI Cicero Orat. 49, 164 'immo uero ista' (uerba bene sonantia) 'sequamur asperitatemque fugiamus: habeo' e. q. s. LXXVII Cicero de inu. I 50, 94 'si, cum totum debebit ostendere, de parte aliqua loquatur, hoc modo: mulierum genus auarum est, nam Eriphyla auro u. u. u.' Latini tragici uerba in his latere uidit Valckenarius Diatr. in Eur. p. 157, qui utrumque uersum coniunxit altero sic conformato: Nam Eriphyle . . . auro u. u. u. LXXVIII Cicero ad Fam. VI 6 'itaque uel officio uel fama bonorum uel pudore uictus, ut in fabulis Amphiaraus, sic ego prudens . . . positam sum profectus.'

---

139 patior *Lagom. plerique, Vict. Gud. a et b* 140 iterum *om. Erl. b Abrinc. Lagom.* 2 4 13 32 aduncum] ad unum *libri* ut olim] ut celum *Erl. a* ut telum *Erl. b* et alium *Gud. a* et celum *Lagom.* 4 et coelum *Lagom.* 81 et telum *ceteri* Achiuom *Lagom.* 2 *m. pr.* 13 32 *corr. Gud. c* Achiuum *uel* Achium *ceteri* ad unum scopulum iterum crasse offendere *Iulius Victor* 141 saxea *libri plerique loco posteriore, Aldus* saxa *Tur. loco posteriore* ex ea *Tur. Flor. m. pr. Guelf.* exeat *Flor. m. alt.* ea *Goth. Voss. b priore loco* 142 istam *libri* 143 auarum est mulierum genus *Valckenarius* mulierum genus auarum est *Cicero* 144 uitam uendidit uiri *Angelom.* uitam uiri uendidit *Tross.* uiri uitam uendidit *ceteri libri. Possis etiam*: uendidit uitam uiri

LXXIX

Quintilianus VIII 6, 26 'nisi forte hoc potius est, a possessore, quod possidetur: ut hominem deuorari, cuius patrimonium consumatur. Quo modo fiunt innumerabiles species. Huius enim sunt generis, cum ab Annibale caesa apud Cannas sexaginta milia dicimus; et apud tragicos: ab Aegialeo.'

LXXX (8)

Némo pius est, quí pietatem . . . .

LXXXI

. . religentem ésse oportet, át religiosúmst nefas.

LXXXII

. . . . . uís, quae summas frángit infirmátque opes.

LXXXIII

Si quís me uideat, dícat: 'ni mirum, híc is est,
Ille tális, ille uir tántis opibus praépotens?
Vbi núnc secundis rébus adiutríx tua?'

LXXXIV

Lítus atque áër, et sólitudó mera

LXXIX ab om. Flor. m. pr. Aegialeo Tur. m. pr. Flor. egilao ceteri libri ab Annibale caesa et apud tragicos ab Aegialeo Tur. ab Annibale caesa et apud tragicos Aegialeo Ambr. a. Vnde glossam censet Spaldingius uerba: et apud tragicos ab Aegialeo LXXX Cicero de fin. II 22, 71 'nam nec uir bonus ac iustus haberi debet, qui, ne malum habeat, abstinet se ab iniuria. Nosti credo illud: nemo' e. q. s. 'caue quicquam putes esse uerius. Nec enim, dum metuit, iustus est, et certe, si metuere destiterit, non erit.' LXXXI Gellius IV 9 'Nigidius Figulus, homo, ut ego arbitror, iuxta M. Varronem doctissimus, in undecimo commentariorum grammaticorum uersum ex antiquo carmine refert memoria hercle dignum: religentem' e. q. s. 'cuius autem id carmen sit, non scribit.'

LXXXII Cicero pro Rabirio Post. 10, 28 'ergo aderat uis, ut ait poeta ille noster, quae summas' e. q. s. LXXXIII Charisius V p. 252 P. (168 Lind.) 'per ethologiam, ut: si quis me uideat' e. q. s. LXXXIV Cicero ad Att. I 18 'nihil mihi nunc scito tam deesse quam hominem eum, quocum omnia, quae me cura aliqua afficiunt, una com-

---

147 pietatem *Pal. a* pietate *Erl. Spir.* pietatem colet *deteriores libri* pietatem colit infortuni metu *Bothius* 148 at *om. libri* religiosus nefas *libri* religiosum nefas *uulgo* 150 is *om. cod.* 151 ille talis uir *cod.* 152 tua *om. cod.* fortuna *Fabricius* 153 mera *uulgo* mea *Med., om. Rom.*

LXXXV

. . ferrum aes argéntum penitus ábditum

LXXXVI

Prius úndis flamma

LXXXVII (Enn. Med. 8)

Animaduerte!

* * *

dictó pare!

* * *

Praetér rogitatum si querare

LXXXVIII

Pereánt amici, dum ínimici una intércidant!

LXXXIX

Quám magis aerumna úrget, tam magis ád male faciendúm uiget,

amicem, qui me amet, qui sapiat, quicum ego cum loquar, nihil fingam, nihil dissimulem, nihil obtegam. Abest enim frater ἀφελέστατος et amantissimus: Metellus non homo sed litus' e. q. s. (amantissimus meus. Non A. Augustinus) LXXXV Cicero de off. II 3, 16 'eademque ratione nec lapides e terra exciderentur ad usum nostrum necessarii, nec ferrum aes argentum aurum ecfoderetur penitus abditum sine hominum labore et manu.' (aes argentum aurum Bern. a aurum aes argentum Bern. e Rom. aes aurum argentum ceteri) Idem de nat. deor. II 60, 151 'nos e terrae cauernis ferrum elicimus, rem ad colendos agros necessariam; nos aeris argenti auri uenas penitus abditas inuenimus et ad usum aptas et ad ornatum decoras.' Vnde uersus particulam elicuit post Gruterum Langius Vind. p. 36 LXXXVI Cicero Phil. XIII 21, 49 'prius undis flamma, ut ait poeta nescio qui, prius denique omnia, quam aut cum Antoniis res publica aut cum re publica Antonii redeant in gratiam.' LXXXVII Cicero pro Rabirio Post. 11, 29 'regum autem sunt haec imperia [156] et [157] et [158] et illae minae [Enn. Med. VII].' LXXXVIII Cicero pro rege Deiotaro 9, 25 'de Domitio dixit uersum Graecum eadem sententia, qua nos habemus Latinum: pereant' e. q. s. ... 'uersus immanis.' LXXXIX Quintilianus

---

155 undis flamma *recentiores libri Ferrarii* undas flammam *libri plerique* undas flammamque *edd. uet.* cum undis flamma *Gryph.*

156 *sq.* animaduerte ac dicto pare *Oxon. unus*, *fortasse recte* animum aduorte et dicto pare *Scaliger Coni. p.* 60 158 si querare *Iuntina Orellii* sit pie *libri* si loquare *ex Hotomani cod. suspecto Lambinus* si quidpiam *ex Iuntina sua Ernestius* ne querare *Scaliger* 159 una inimici *libri deteriores* intereant *eidem* 160 uiget] iuget *Tur.* urget *Flor.*

XC (14)

Quí uolt esse quod uólt, ita dant se rés ei, ut operám dabit.

XCI

Míseri sunt qui uxóres ducunt. — 'At tu duxisti álteram.

XCII (63. 64)

Aurátus aries Cólchorum, [et qua Lýdiae]
Finís frugifera et éfferta arua Asiaé tenet

IX 3, 15 'alia commendatio uetustatis, cuius amator unice Vergilius fuit: uel cum se pauidum contra mea iurgia iactat: Progeniem sed enim Troiano a sanguine duci Audierat. Quorum similia apud ueteres tragicos comicosque sunt plurima. Illud et in consuetudine remansit: ènimuero. His amplius apud eundem: nam quis te iuuenum confidentissime: quo sermonis initium fit, et: tam magis illa tremens et tristibus effera flammis, Quam magis effuso crudescunt sanguine pugnae. Quod est uersum ex illo: quam magis' e. q. s. 'pleni talibus antiqui ... ex Graeco uero translata uel Sallustii plurima.' Ex uetere tragoedia nostra sumpta esse coniecerunt Regius et Muretus Var. Lect. XIX 2, quibus frustra aduersatur Spaldingius XC Cicero de nat. deor. III 26, 66 '[Enn. Med, VIII] quamobrem parumne ratiocinari uidetur et sibi ipsa nefariam pestem machinari? Illud uero quam callida ratione? qui uolt' e. q. s. 'qui est uersus omnium seminator malorum. [Enn. Med. IX] ... atque eadem Medea patrem patriamque fugiens [XCIII]. Huic, ut scelus, sic ne ratio quidem defuit.'
XCI Rhet. ad Herenn. II 25, 39 'item uitiosum est, cum uel in alium uel in eum ipsum qui dicit id quod in aduersarium dicitur potest conuenire, hoc modo: miseri' e. q. s. XCII Cicero Orat. 49, 163 'uerba, ut supra diximus, legenda sunt potissimum bene sonantia, sed ea non ut poetae exquisita ad sonum, sed sumpta de medio. Qua Ponto ab Helles — superat modum, at: auratus aries Colchorum splendidis nominibus illuminatus est uersus, sed proximus inquinatus insuauissima litera: finis frugifera' e. q. s. (Sic enim secundum Viteb. Eins. Mon. O. Jahnius et Lachmannus in Lucr. VI 258. insuauissima litera finitus fru-

---

161 qui uoͧlt *Vind.* qui uult *Erl.* esse *om. Erl.* quod uoͧlt *Vind.* quod uult *Erl.* dat *libri* ei *om. libri* 162 qui] si *Par. m. pr. Erf.* *Personas distinxit Lambinus* 163 auratus aries Colchorum *ed. Norimb.*, *Lachmannus in Lucr. VI* 258 auricos locorum *Gud. a c* tauricos locorum *Gud. b*, *ed. Rom.* alles boleorum *Erl. b*, *similiter ceteri* Tmolus auri fons liquorum *Lachmannus in O. Jahnii editione* Tmolo auri fons liquorum *O. Jahnius* et qua Lydiae *exempli causa addit Lachmannus in Lucr. VI* 258 exoritur, Lydiae *O. Jahnius* 164 efferta *Lachmannus in Lucr. l. l.* (*nisi praestat* ecferta) ferta *libri* Asiae *Erl. b* Asia *Viteb. Eins. Mon. Gud. a b*, *ed. Rom.* Asias *Gryph.*

XCIII (Enn. Med. 15)

postquám pater
'Appropinquat iámque paene ut' cómpraehendatúr parat,
Púerum interea obtrúncat membraque árticulatim díuidit,
Pérque agros passím dispergit córpus: id ea grátia,
'Vt, dum nati díssipatos ártus captarét parens,
'Ipsa interea effúgeret, illum ut maéror tardarét sequi,
Síbi salutem ut fámiliari páreret parricídio.

XCIV

Nón commemoro, quód draconis saéui sopiui ímpetum,
Nón quod domui uím taurorum et ségetis armataé manus.

XCV (Pac. Med. 6)

Medea

cóniugem
'Illum, Amor quem déderat, qui plus póllet potiorque ést patre.

gifera ceteri libri) XCIII Cicero de nat. deor. III 26, 67 (uide XC) XCIV Charisius V p. 252 P. (168 Lind.) 'per paralipsim, cum nolumus negantes aliquid indicare, tamquam: non commemoro' e. q. s. Idem V p. 253 P. (169 Lind.) 'negando cum quid negantes uolumus inducere, atque improperantes beneficia, quae audiens cognoscat: non memoro' e. q. s. XCV Cicero Tusc. disp. IV 32, 69 'quid ait ex tra-

---

166 apropinquat *Erl.* 167 menbraque *Erl.* 168 parque *Erl.* 169 artus dissipatos *Erl.* 170 ut] et *Erl.* 171 ut] et *Erl.* 172 non memoro *cod. p.* 253 draconis saeui sopiui impetum *Fabricius*, *Putschius* draconis saeui sopiuit impetum *cod. p.* 253 latroni statui oppressi *cod. p.* 252, *unde diuersa haec ab illis putans* draconis taetri oppressi impetum *Lindemannus*
173 non quod domui uim taurorum *Lindemannus ad p.* 252 et domus ista uirorum *cod. p.* 252 non quod domauit uiros *cod. p.* 253, *unde hic* uirorum *Lindemannus* armata *cod. p.* 252

XCVI (Att. Arm. iud. 16)

nequéo
Qua caúsa accusem hunc, éxputando euóluere:
Nam sí ueretur, quíd eum accusem, qui ést probus?
Sin ínuerecundum ánimi ingenium póssidet,
Quid éum ego accusem, qui íd parui auditu aéstimet?

XCVII (Att. Arm. iud. 17 inc. auct. 2)

Nunc égo te ab summo iám detexam exórdio.

goedia princeps ille Argonautarum? [Enn. Med. XI] Quid ergo? hic amor Medeae quanta miseriarum excitauit incendia! Atque ea tamen apud alium poetam patri dicere audet se coniugem habuisse [175].' XCVI XCVII Rhet. ad Herenn. II 26, 42 'item uitiosum est, ipsum sibi in sua oratione dissentire et contra atque ante dixerit dicere, hoc modo [XCVI]. Non incommoda ratione uidetur sibi ostendisse, quare non accusaret. Quid? postea quid ait? [XCVII]' Cicero de inu. I 45, 83 'conuersione' (reprehenditur falsa complexio) 'hoc modo: [178—180] Hic siue uereri dixeris sine non uereri, concedendum hoc putat, ut neget esse accusandum. Quod conuersione sic reprehendetur: immo uero accusandus est. Nam si ueretur, accuses: non enim parui auditu existimabit. Sin inuerecundum animi ingenium possidet, tamen accuses: non enim probus est.' Cf. Iulius Victor c. 12 p. 235 Or.

---

176 *sq.* nequeo . . . Qua causa accusem hunc] qua causa accusem hunc nequeo mecum id *Bamb. b in mg.* qua causa accusem hunc tum id *celeri libri*, *nisi quod* caus *Tur.* quare accusem hunc, nequeo *Lambinus* exputando *Par. m. pr.* exponendo uel exputando *Fris. m. rec.* disputando uel exputando *Tross.* disputando *Par. corr. Bamb. b in mg.* exponendo *Erf.* disponendo *Bamb. a Fris.* 178 eum *libri plerique* enim *Par. m. pr. altero loco* cum *Tur. loco priore* accuses *Erf. Bamb. a corr. loco priore*, *Par. Angelom. Tur. Tross. altero*, *nisi quod* accusses *Par.*, *item Iulius Victor* qui] quod *Tross. loco priore* 179 sinuerecundum *Erf. Par. loco priore* si inuerecundum *Bamb. a Fris. Tur. loco priore*, *Par. Angelom. Tur. Tross. altero*, *Iulius Victor* 180 quid eum accuses *Erf. Bamb. a corr. loco priore*, *Par. Angelom. Tur. Tross. altero*, *Iulius Victor* quid autem eum accuses *Par. m. pr. loco priore* quid accusem eum *Fris. Tur. Tross. loco priore* quid eum accusem *celeri* qui id *libri plerique* quid *Par. m. pr. utroque loco* cum id *Tross. loco priore* id qui *Bothius* auditum *Erf. Par. loco priore*, *Tur. utroque*, *probat Fleckeisenus* aestimet *Par. Angelom. Tur. altero loco*, *Iulius Victor* estimet *Tross. priore loco* existimet *celeri* 181 ego *om. Tross.* iam *om. Tur.* detexam ordine exordio *Bamb. b m. pr.*

XCVIII (43)

Axéna Ponti per fréta Colchos deníque delatus adhaési.

XCIX (44)

Orté beato lumíne, uolitans quí pér caelum candídus equitas!

C

. . . o domus ántiqua, heu quam díspari
Dominàre domino!

CI (26)

Cum te éxpetebant ómnes florentíssimo
Regnó, reliqui: núnc desertum ab ómnibus
Summó periclo sóla ut restituám paro.

XCVIII XCIX Censorinus fragm. c. 14 p. 96 Jahn. (2726 P.) 'Aristophanius anapaestus [XCVIII] recipit pedes quaternorum temporum omnis, inplet pedes septem et semipedem. Anapaestus octonarius [XCIX] recipit eosdem pedes praeter semipedem.' C Cicero de off. I 39, 139 'aliter ampla domus dedecori saepe domino fit, si est in ea solitudo, et maxime si aliquando alio domino solita est frequentari. Odiosum est enim, cum a praetereuntibus dicitur: o domus' e. q. s. 'quod quidem his temporibus in multis licet dicere.' Idem Phil. II 41, 104 'o tecta ipsa misera quam dispari domino! quamquam quomodo iste dominus? sed tamen quam a dispari tenebantur!' CI Rhet. ad Herenn. II 25, 40 'item uitiosum est, cum id quod in aperto delicto positum est tamen aliqua leui tegitur defensione, hoc modo: cum te' e. q. s. Cicero de inu. I 48, 90 'leue est quod... perspicue turpem rem leui tegere uult de-

---

183 orte *Lachmannus* ore *libri* Hore *Bothius* 184 heu *om. Goth. Gud. c d* et *Bern. a b c d Gud. a* et heu *alii* dispare *Gud. c* a dispari *Gud. d* 185 dominaris domino *Gud. b d* domino dominare *Gud. c* domino dominaris *Gud. e* 186 expectabam *Par. m. pr.* expectabant *Bamb. a Fris. Tross. priore loco* exspectabant *Tur. altero* 187 in regno *Tross. priore loco* desertus *Par. m. pr.* es desertus *Bamb. a Fris. Tur.* desertus es *Tross.* cum desertus es *Par. corr. Bamb. b priore loco* 188 periclo *Lambinus* periculo *libri utroque loco* sola *Par. altero loco, m. pr. priore* solamen *Bamb. b priore loco* solum *Tur. altero supra uersum* solus *celeri* ut *om. Par. Bamb. a Fris. Tross. priore loco* restitutio paro *Par. m. pr.* restitutionem paro *Par. corr. Bamb. a Fris. Tross.* restitui comparo *Erf. priore loco*

CII (16)

Refúgere oculi: córpus macie extábuit:
Lacrimaé peredere úmore exanguís genas:
Situm ínter oris bárba paedore hórrida
Intónsa infuscat péctus inluuié scabrum.

CIII

. . meministín te despondére mihi gnatám tuam?

CIV

Quae quám sint cara póst carendo intéllegunt,
Quamque áttinendi mágni dominatús sient.

fensione, hoc modo: cum te' e. q. s. CII Cicero Tusc. disp. III 12, 26 'quid? illum filium Solis nonne patris ipsius luce indignum putas? refugere' e. q. s. 'haec mala, o stultissime Aeeta, ipse tibi addidisti: non inerant in eis, quae tibi casus inuexerat: et quidem inueterato malo, cum tumor animi resedisset ... sed maeres uidelicet regni desiderio, non filiae. Illam enim oderas et iure fortasse: regno non aequo animo carebas.' CIII Varro de L. L. VI 72 'a quo sponte dicere, respondere quoque dixerunt, quom ad spontem responderent, id est ad uoluntatem rogationis. Itaque qui ad id quod rogatur non dicit, non respondet: ut non spondet ille, statim qui dixit spondeo, si iocandi causa dixit, neque agi potest cum eo ex sponsu. Itaque siquis dicit in tragoedia: meministin' e. q. s. 'quod sine sponte sua dixit, cum eo non potest agi ex sponsu.' (itaque siquis Lachmannus Mus. Rhen. 1839 p. 119 ita quisquis Flor. itaque qui Goth. Haun. itaque quis qui Par. a itaque quisquis ceteri libri itaque quoi quis O. Muellerus
CIV Cicero Orat. 47, 157 'quid? quod sic loqui: nosse iudicasse, uetant: nouisse iubent et iudicauisse? . . . itaque utrumque Terentius ... siet plenum est: sit imminutum: licet utare utroque. Ergo ibidem [194. 195].'

---

189 extabunt *Reg. Pith. ex coll. Gud.* extabant *Gud.*
190 umorem *Reg. Pith.* exanguis *Gud.* exangues *Reg. Pith. cum ceteris* 191 situm inter oris *Lachmannus in Lucr. II* 118 situ intoris *Mon. b* situ nitoris *Reg. Pith. Bern. Med. Bak. Marb. Rehd. Oxon. duo* situ mucoris *uel* s. indecoris *uel* s. uictoris *ceteri Oxon.* situ nidoris *Gud. cum aliis* situ liuentes *in 'libris mysticis' Turnebi Aduers. XXVI* 6 *et cod. Vrsini* titinnit auris *Bentleius* situst in ore *Dauisius* situm uide oris *Bothius* pedore *Gud. Reg. Pith.* horrida atque *libri, nisi quod* adque *Gud. m. pr. Deleuit* atque *Bothius, probauit autem uersum hypermetrum Lachmannus l. l.* 192 inluuiae *Gud.* illuuie *ceteri* 193 meministin *uulgo* meministi *Haun.* meministine *ceteri libri* spondere *Lachmannus Mus. Rhen.* 1839 *p.* 119 gnatam *uulgo* agnatam *Flor. Goth.* cognatam *Haun.* cognatum *Par. a b* 194 quae quam sint cara] quam cara sint quae (*uel* que)

CV

Rapiúnt per undas cúrrus suspensós . .

CVI

. . . siue ísta uirtust seú patrocinium hórridum
. . . . miseránda siue est cálamitas,
'Insontis quod éxpulisti saúcios patrió lare

CVII

Eám, quam nihil accúsas, damnas: béne quam meritam esse aútumas,
Dícis male meréri.

CVIII

Id quód scis prodest níhil, íd quod nescís obest.

CIX

Mors mísera non est, áditus ad mortem ést miser.

CX

Hoc métuere, alterum ín metu non pónere.

CV Cicero Tusc. disp. II 27, 67 'ut enim si cui nauiganti, quem praedones insequantur, deus qui dixerit: eice te de naui, praesto est qui excipiat uel delphinus ... uel equi Pelopis illi Neptunii, qui per undas currus suspensos rapuisse dicuntur, excipient te et quo uelis perferent, omnem omittat timorem: sic' e. q. s. CVI Charisius V p. 254 P. (169 Lind.) 'per epitropen: siue ista' e. q. s. 'de nomine disceptatio est, cum res sit palam. Hic aduersariis permittimus, quo uelint pacto nomen imponere, ut de eo potius quam de re ipsa dubitare uideamur.' CVII Cicero Orat. 49, 166 'ut ... intellegamus non quaesitum esse numerum, sed secutum. Quod fit item in referendis contrariis, ut illa sunt, quibus non modo numerosa oratio, sed etiam uersus efficitur: eam ... damnas. Condemnas diceret, qui uersum effugere uellet. Bene ... mereri. [CVIII]. Versum efficit ipsa relatio contrariorum; id esset in oratione numerosum: quod scis, nihil prodest: quod nescis, multum obest.' Ceterum etiam haec numerosa nobis senarium efficiunt. Idem Top. 13, 55 'eius generis' (sc. enthymematum) 'haec sunt: [CX CVII CVIII].' Cf. Boëthius Comm. in Top. p. 365 Or. CVIII Cicero Orat. 49, 166 Top. 13, 55 (uide CVII) cf. Boëthius l. l. CIX Quintilianus VIII 5, 6 'illud notabile ex diuersis' (sc. sententiam poni): 'mors' e. q. s. 'ac rectae quidem sunt tales: tam

---

libri, Lachmannus carenda *Lachmannus* 196 *ludi causa effeci ex Ciceronis uerbis* 197 siue ita uirtus siue ita patrocinium horrendum *cod.* 198 siue est calamitas *ed. pr.* fia esse clamitas *cod.* 199 insonti *cod.* extulisti *cod.* 202 nil *Lachmannus cf. idem in Lucr. I* 159 prodest; nihil id . . . obest? *Orellius secundum Boëthium* 204 hunc *libri in Top. exceptis Viteb. Eins. et*

CXI (24)

. . . umbris ócculuntur párietum.

* * *

Nihil hórum similest ápud Lacaenas uírgines,
Quibus mágis palaestra Euróta sol puluís labor
Milítia studio est quám fertilitas bárbara.

CXII

Vt múltus e uiscéribus sanguis éxeat.

CXIII

Vós enim iuuenes ánimum geritis múliebrem, illa uirgó uiri.

deest auaro quod habet, quam quod non habet. Sed maiorem uim accipiunt e mutatione figurae, ut: usque adeone mori miserum est? Acrius enim hoc, quam per se: mors misera non est.' Lactantius diu. inst. III 17 'nec frustra dictum est: mors' e. q. s. 'hoc est: morbo tabescere, ictum perpeti, ferrum corpore excipere, ardere igni, dentibus bestiarum laniari.' CX Cicero ad Att. XII 51 'de Caerellia quid tibi placeret Tiro mihi narrauit: debere non esse dignitatis meae: perscriptionem tibi placere: hoc metuere' e. q. s. 'sed et haec et multa alia coram.' Ibidem XIV 21 'mihi autem non est dubium, quin res spectet ad castra. Acta enim illa res est animo uirili, consilio puerili. Quis enim hoc non uidit, regni heredem relictum? quid autem absurdius: hoc metuere' e. q. s. Idem Top. 13, 55 (uide CVII) cf. Boëthius l. l. CXI Cicero Tusc. disp. II 15, 36 'itaque illi, qui Graeciae formam rerum publicarum dederunt, corpora iuuenum firmari labore uoluerunt. Quod Spartiatae etiam in feminas transtulerunt, quae ceteris in urbibus mollissimo cultu parietum umbris occuluntur. Illi autem uoluerunt nihil horum simile esse apud Lacaenas' e. q. s. Versuum 206—208 indicium primus fecit Scaliger Coni. p. 67 CXII Cicero Tusc. disp. II 14, 34 'itemque Lycurgi' (sc. leges) 'laboribus erudiunt iuuentutem ... Spartae uero pueri ad aram sic uerberibus accipiuntur, ut multus' e. q. s. Versu tragico Ciceronem uti animaduertit Lachmannus in Lucr. V 993 CXIII Cicero de off. I 18, 61 'intellegendum est autem, cum proposita sint genera quattuor, ex quibus honestas officiumque manaret,

---

altero apud Lambinum 205 parietum umbris occuluntur *Cicero* 206 simile apud *Scaliger* 207 palaestra Eurota] *cf. Lachmannus in Lucr. IV* 1169 208 militia studio *Lambinus cum Oxon. aliquot, si fides collatoribus* militia in studio *ceteri libri, de qua scriptura cf. Lachmannus in Lucr. IV* 283 militiae in studio *Bouherius* duritia studio *Bentleius* facilitas *Leid. Oxon. unus* futilitas *Bentleius* 210 *Septenarium restituit Lachmannus in Lucr. IV* 211 enim *Gud. a b d e Bamb. a b* etenim *ceteri* animos geritis muliebres *Oehl. Gud. c e Bern. d* uirgo *Bamb. a b Oehl. Goth., omnes Oxon. Rom., omnes Gud.* uirago *ceteri*

CXIV

. . tantum gaúdium oboriri éx tumultu máximo!

CXV

Egone íllam? — pudor est éloqui — quam cómperi —?

CXVI

Relínqui non potuít — non perpetiár [loqui]

CXVII

Páter inquam, hospités, pater me lúmine orbauít, pater.

CXVIII (40)

. . . sed iám se caelo cédens aurora óbstinet
Suúm patrem.

CXIX (53)

Libér, qui augusta haec lóca Cithaeronís colis!

CXX

Rápite agité ruite céleripedes!

CXXI

Iouís sacratum iús iurandum ságmine

splendididissimum uideri, quod animo magno humanasque res despiciente factum sit. Itaque in probris maxime in promptu est, si quid tale dici potest: uos enim' e. q. s. 'et si quid eiusmodi: Salmacida' e. q. s.

CXIV Festus p. 190 M. 'oboritur adnascitur: nam praepositionem ob pro ad solitam poni testis hic uersus: tantum' e. q. s. 'et Ennius: ob Romam' e. q. s. CXV CXVI Charisius V p. 254 P. (169 Lind.) 'per apoclisin: egone... comperi: relinqui... perpetiar. Nam etiam quiddam suspitionis silentio colligunt.' (nam] non cod. num Putschius) CXVII Charisius V p. 250 P. (167 Lind.) 'ἐπανάληψις est, cum eadem dictio in principio uersus et in clausula ponitur, ut: pater inquam' e. q. s. Claudius Sacerdos I p. 35 Endl. 'epanalempsis fit hoc modo: idem uerbum ponitur in clausula, quod in principio dictionis, ut: pater inquam' e. q. s. Diomedes p. 440 P. 'epanalepsis...' CXVIII Festus p. 197 M. 'obstinet dicebant antiqui, quod nunc est ostendit, ut in ueteribus carminibus: sed iam' e. q. s. CXIX Appuleius Florid. IV 18 'ut ille tragicus, qui in theatro dici facit: Liber' e. q. s. CXX Censorinus fragm. c. 15 p. 98 Jahn. (2727 P.) 'pyrrhichius: rapite' e. q. s. CXXI Festus p. 321 M. 'sagmina uocantur uerbenae, id est herbae purae, quia ex loco sancto arcebantur — — uel a sancien-

---

211 gaudium mi oboriri *O. Muellerus* 212 ego ne *cod.* ergo ne *ed. pr.* 213 loqui *om. cod.* 214 inquam hospitis me lumine *Claudius* inquam me lumine *Charisius et Diomedes* 219 Iouis sacratum ius iurandum *O. Muellerus* ius sacratum Iouis iurandum *cod.*

CXXII

fróndem ac flores áddidit,
Non lánas, sed uelátas frondentís comas.

CXXIII (23)

córnuatam umbrám iacit.

CXXIV

Diem húnc decorare féstum festiuíssime

CXXV (Pac. Dul. 5)

. férme aderant aequóre in alto
Ratibús repentibus

CXXVI

. . prolubium est pétere amicitiam ét fidem.

CXXVII

Aetérna templa caéli

do, id est confirmando. Naeuius: ius sacratum Iouis iurandum sagmine.' Paulus p. 320 M. 'sagmina dicebant herbas uerbenas, quia ex loco sancto arcebantur ... uel a sanciendo, id est confirmando. Naeuius: scopas atque uerbenas sagmina sumpserunt.' Vnde nostri uersus auctorem incertum fieri intellexit O. Muellerus, qui et ipse senarii numeros restituit. Nugatur autem Klussmannus p. 75 CXXII CXXIII Varro de L. L. VII 24 'dictas apparet infulatas hostias, quod uelamenta, his e lana quae adduntur, infulae. Itaque tum quod ad sepulcrum ferunt: frondem' e. q. s. '[CXXIII] dicere apparet cornuatam a cornibus. Cornua a curuore dicta, quod pleraque curua.' (non lanas. ideo Naeuius ait: sed uelatas f. e. cod. Lips. et ed. princ.) Cf. Hermannus in Eurip. Alcest. p. XIX. Versu CXXIII O. Muellero uidetur Graecus hic redditus esse: *Ἄθως σκιάζει νῶτα Λημνίας βοός* (Greg. Cypr. I 73 Leutsch. cf. uol. II p. 100). Nostra de luna dici poterant CXXIV Charisius II p. 180 P. (118 Lind.) 'festiuissime. Diem' e. q. s. 'nam et nomina interdum accidunt, quae nec absolutum nec comparatiuum, sed tantum superlatiuum ferant.' CXXV Varro de L. L. VII 23 'Pacuuius [inc. fab. XLVIII]; dictum fretum a similitudine feruentis aquae . . . ferme aderant' e. q. s. 'aequor mare appellatum, quod aequatum quom commotum uento non est. Ratis nauis longas dixit, ut Naeuius quom ait' e. q. s. CXXVI Non. 64, 7 'proluuium est' e. q. s. 'Accius Andromeda . . .' Exemplum esse, non Nonii interpretamentum uidit Lipsius CXXVII Varro de L. L. VI 11 'aeuom ab aetate omnium annorum: hinc aeuiternum, quod factum est

---

220 addit *Haun.* 222 cornuatam *cod. B* cornua taurum *libri plerique* cornua taurorum *Par. a* cornuat aurum *Scaliger* in cornuatam tauram *O. Muellerus* iaci *libri* iacit, icere paret *assumptis Varronis* dicere apparet *Scaliger* 226 prolubium *Lipsius* proluuium *libri*, *nisi quod* profluuium *W in mg.* petere *Lipsius* patere *libri*

CXXVIII

Leó leonem páriet.

CXXIX (Att. inc. fab. 28)

gradus elíminat.

CXXX

Proh Iuppiter!

CXXXI (36)

Quintilianus I 5, 21 'parcissime ea' (h litera) 'ueteres usi ... erupit breui tempore nimius usus ... qua de re Catulli nobile epigramma est. Inde durat ad nos usque uehementer et comprehendere et mihi: nam mehe quoque pro me apud antiquos, tragoediarum praecipue scriptores, in ueteribus libris inuenimus.'

CXXXII

Quintilianus VIII 3, 26 'propriis' (sc. uerbis) 'dignitatem dat antiquitas ... sed utendum modo nec ex ultimis tenebris repetenda . . . aerumnas quid opus est? tamquam parum sit, si dicatur labor: horridum reor, tolerabile autumo, tragicum prolem ducendam.'

CXXXIII

age própera, macte, nítier!

aeternum ... ab eo Plautus ... hinc poetae aeterna templa caeli.' (cf. Enn. inc. nom. XXXI) CXXVIII Quintilianus VIII 6, 34 'eo magis necessaria κατάχρησις, quam recte dicimus abusionem, quae non habentibus nomen suum accommodat quod in proxumo est, sic: equum diuina Palladis arte Aedificant, et apud tragicos etiam: leo pariet, at pater est.' (etiam] aeia Flor.) CXXIX Quintilianus VIII 3, 31 'nostri autem in iungendo aut in deriuando paulum aliquid ausi uix in hoc satis recipiuntur. Nam memini iuuenis admodum inter Pomponium et Senecam etiam praefationibus esse tractatum, an gradus eliminat in tragoedia dici oportuisset.' (eliminatum tragoedia Tur. Flor. Guelf. eliminat apud Accium in tr. inde a Gryphio in edd., omittunt apud Accium codd., 'uelut Goth. Voss. b Bodl. Alm.' Spald.)
CXXX Donatus in Ter. Adelph. I 2, 31 'proh Iuppiter tragica exclamatio.' CXXXIII Charisius II p. 172 P. (112 Lind.) 'demonstrandi' (sc. aduerbium) 'en abit, ecce uenit currit adsistit. Hortandi:

---

228 leo leonem *posui ludi causa* leo *libri* paret *Goth. Voss. b Flor.* 231 nitier *cod.* uirtute *edd.*

CXXXIV

árma . . . sonant,
Fremor óritur.

CXXXV

. . . . nil me íncrepitando cómmoues.

CXXXVI

'Inque manum surémit hastam.

CXXXVII

Puerúm surempsit.

CXXXVIII

Agilís sonipes rapitúr celeri sonitú trepidans.

CXXXIX

Amícos ad hánc rem, ut solés, aduocáto.

CXL

Hórridi tránseunt ád pedes éx equis.

CXLI (50)

Struúnt sorores 'Atticae dirúm nefas.

CXLII

Diuí potentes, férte lassatís opem!

age propera macte nitier. Heia age, rumpe moras.' Minus certa fide et hoc et sequentia frusta huc referuntur, quorum pars ex alio poesis genere deducta, pars a metricis uel ficta uel interpolata esse potest

CXXXIV CXXXV Varro de L. L. VI 67 'similiter fremere gemere clamare crepare ab similitudine uocis sonitus dicta. Hinc illa: arma sonant, fremor oritur; hinc: nihil me increpitando commoues.'

CXXXVI CXXXVII Festus p. 298 M. '[suremit, sumpsit ... inque] manum su[remit hastam; et: puerum] surempsit . . . . pue[rum] sustule[rit].' Paulus p. 299 M. 'suremit sumpsit: inque manus suremit hastam. Surempsit sustulerit.' Ennii ex tragoediis petita esse probare studuit Bergkius Ind. lect. Marb. aest. 1844 p. XVII, quamquam Saturnios magis quam septenarium sonat CXXXVI

CXXXVIII—CXL Censorinus fragm. c. 15 p. 98 Jahn. (2728 P.) 'anapaestus [CXXXVIII] creticus [CXL] palimbacchius [CXXXIX].' CXLI Marius Victorinus p. 2596 P. (204 G.) (ubi de hendecasyllabi elementis dicitur) 'item: meae Camenae caelitum testor genus, iambicus. Item: carmen Pierides struunt sorores — ita complebitur: carmen Pierides pangunt memorabile Musae: dehinc, struunt sorores Atticae dirum nefas.'

CXLII Marius Victorinus p. 2525 P. (106 G.) 'penthemimeres in trimetris

---

234 nihil *libri* 235 manus *'Paulus* 236 puerum *O. Muellerus, non apparet in cod.* 238 ut soles, aduocato *O. Jahnius* si uoles aduŏca *libri* 239 et equis *Vat.* 240 durum *Putschius*

CXLIII

Micánt nitore técta sublimi aúrea.

CXLIV

Deós parentes, quí penates Térei

CXLV

Dum taéniam, qui uólnus uincirét . .

CXLVI

Plaudite!

satis probatur, quae per binos iambos et semipedem uerba finit, ut est: diui' e. q. s. CXLIII Seruius Centimetri p. 377 G. 'reciprocus iambicus in elegiacum est, quotiens a fine scansionis elegiacum facit, ut hoc modo: micant' e. q. s. 'aurea sublimi tecta nitore micant.' CXLIV Marius Victorinus p. 2574 P. (172 G.) 'tragico autem si sesquipedem praeposueris ambiam, erit ut diximus tetrametrus catalecticus, ut: deos' e. q. s. 'trimeter, tetrameter autem: ambiam deos' e. q. s. CXLV Festus p. 360 M. 'taenias Graecam uocem sic interpretatur Verrius, ut dicat ornamentum esse laneum capitis honorati, ut sit apud Caecilium in Androgyno — et alias: dum taeniam q. u. u. Ennius in Alexandro — Accius in Neoptolemo —' Caecilio ascripsit Spengelius CXLVI Quintilianus VI 1, 52 'tunc est commouendum theatrum, cum uentum est ad ipsum illud, quo ueteres tragoediae comoediaeque clauduntur: plaudite.'

---

244 uinciret, petit *Aldina*

FABVLARVM PRAETEXTARVM

RELIQVIAE

CN. NAEVIVS

CLASTIDIVM

I

Varro de L. L. VII 107 M. 'multa apud poetas reliqua esse uerba, quorum origines possint dici, non dubito, ut apud Naeuium in Hesiona .. in Clastidio: uitulantes, a uitula.'

II

Vita ínsepulta laétus in patriám redux

ROMVLVS siue ALIMONIVM ROMVLI ET REMI

I

Varro de L. L. VII 54 M. 'carere a carendo, quod eam tum purgant ac deducunt, ut careat spurcitia (ex quo carminari dicitur tum lana), cum ex ea carunt quod in ea haeret neque est lana: quae in Romulo Naeuius appellat casca, ab Oscis.' (casca Hermannus Opusc. V 263 asca Haun. asta Flor. Goth. hasta Par. a et b Osca Scaliger)

II

Varro de L. L. VII 107 M. 'multa apud poetas reliqua esse uerba, quorum origines possint dici, non dubito, ut apud Naeuium in Hesiona .. in Clastidio .. in Dolo .. in Demetrio .. in Lampadione .... in Romulo: sponsus, contra sponsum rogatus.' (consponsus, contra spon-

Naeui Clastidium II Varro de L. L. IX 78 'nam ut signa quae non habent caput aut aliam quam partem, nihilo minus in reliquis membris eorum esse possunt analogiae: sic in uocabulis casuum possunt item fieri ac reponi quod aberit, ubi patietur natura et consuetudo, quod nonnumquam apud poetas inuenimus factum, ut in hoc apud Naeuium in Clastidio ...'

Alimonium Romuli et Remi Donatus in Ter. Adelph. IV 1, 21 'nam falsum est, quod dicitur, interuenisse lupam Naeuianae fabulae

sus Neukirchius coll. Varr. de L. L. VI 70 sponsus tuentur Hermannus l. l. et Lachmannus Mus. Rhen. 1839 p. 118)

M. PACVVIVS

PAVLVS

I (1)

Patér supreme nóstrae progenií patris!

II (Nou. Paul.)

Nunc núnc te obtestor, célere sancta súbueni
Caesárie

III (3)

Sagíttis plumbo et sáxis grandinát niuit.

IV (2)

Qua uíx caprigeno géneri gradilis gréssio est.

Alimonio (sic ed. pr. Alimoniae uulgo) Remi et Romuli, dum in theatro ageretur.'

Pacuui Paulus I Non. p. 490, 4 'progenii.' (progenis Bamb.) Gellius IX 14 'sic autem dies dii a ueteribus declinatum est, ut fames fami, pernicies pernicii, progenies progenii, luxuries luxurii, acies acii ..... Pacuuius in Paulo: pater' e. q. s. II Non. 510, 8 'celere pro celeriter. Nouius Paulo: nunc' e. q. s. (Pacuuius Junius in mg. Naeuius ed. pr.) III Non. 507, 27 'niuit pro ninguit.' IV Priscianus VI p. 677 P. (I p. 219 K.) 'sed antiquissimi hic alienigenus et haec alienigena et hoc alienigenum dicebant ... nec non cetera similiter a genere composita proferebant, caprigenus, terrigenus, taurigenus, idque usus confirmat.' Macrobius VI 5 'caprigenumque pecus nullo custode per herbas. Pacuuius in Paulo: quamuis' e. q. s. (Pacubius Vat. Pacubius fragm. Amiense Sang. Vind. m. pr. Bern. Grut. Carlsr. Paccubius Halb. Prisciani Paulo] paco ultima litera inter o et v fluctuante fr. Amiense Prisciani)

PACVVIVS 1 supraeme *Nonii libri* nos nostrae *Bamb. Nonii* progeni *Nonii codd.* 2 nunc nunc *Hermannus Opusc. V* 264 nunc *semel libri* nunc tete *Neukirchius* nunc ted *Scaliger Coni. p.* 68 sancto *libri* sancte *Hermannus* subueni] succurre *Pal.* 3 censoriae *Leid. Bamb.* censorie *ceteri libri* censori *Aldina* censor *Hermannus* 4 niuit *om. Bamb.* 5 qua uix *Hermannus* qua uia *Prisciani Carlsr. Sang.* quia uia *Reg. Bern. Vat. Halb. m. pr. Darmst. c*, *ubi uoci* uia *linea subducta est* quamuis *Macrobius* generi *Priscianus* pecori *Macrobius* gradilis *Hermannus* gradibilis *Prisciani libri* grandior *Macrobii exemplaria*

L. ATTIVS

AENEADAE siue DECIVS

I (10)

Nil néque pericli néque tumulti est, quód sciam.

II (4)

Clamóre et gemitu témplum resonit caélitum.

III (3)

Vim Gállicam obduc cóntra in acie exércitum
Reparátum hostili fúsum sanguen sánguine.

IV (2)

Te sáncte uenerans précibus, inuicte, inuoco,
Porténta ut populo pátriae uerruncént bene.

V (5)

Et núnc quo deorum ségnitas? ardét focus.

VI (11)

Quód periti súmus in uita atque úsu callemús magis.

VII (6)

.. fateor: sed saépe ignauit fórtem in spe expectátio.

Atti Aeneadae s. Decius I Non. 484, 4 'tumulti pro tumultus . . . Accius Aeneadis uel Decio . . .' II Non. 504, 29 'sonit pro sonat. Accius Aeneadis aut Decio . . .' III Non. 224, 10 'sanguis . . . neutro . . . Accius Amfitryone: cum patre paruos patrum hostifice' c. q. s. 'idem in Aeneadis aut Decio . . .' IV Non. 185, 24 'uerruncent, id est uertant. Accius Aeneidis aut Decio . . .' V Non. 174, 20 'segnitas pro segnitia. Accius Aeneidis aut Decio...' VI Non. 258, 3 'callet significat scit . . . Accius Aeneadis aut Decii . . .' VII Non. 123, 12 'ignauit, id est ignauum fecit. Accius Aeneadis aut Decio: inplicare positum pro ornare. Afranius . . .

ATTIVS 1 nil *Vossius* nihil *libri* 2 gemitũ *Bamb.* 3 aciem *Delrio* 3 *sq.* exercitum Reparatum *Neukirchius probauit Hermanno, praeeunte* exercitum *Delrione* exercitumue patrum *W* exercitum uae patrum *ceteri libri, sed* a *uocis* uae *compuncto in Leid.* 4 fusum *Aldina* fuso *libri* 5 uenerans *Junius* uerans *libri* 6 uerruncent *Gulielmus* uerruncant *libri* uerrunces *Scaliger* 7 quod eorum *libri* quae eorum *uel* deorum *Fruterius Veris. II* 5 segnitate *Junius* segnitas *uel* segnitate *Fruterius* ardet locus *Lipsius* tardet opus *Bergkius Mus. Rhen.* 1835 *p.* 79 9 ignabat *libri p.* 126

VIII (7)

. . Caleti uocé canora
Fremitú peragrant minitábiliter.

IX (9)

. . summa ubi pérduellum est? quórsum aut quibus a pártibus
Glíscunt?

X (12)

Quíbus rem summam et pátriam nostram quóndam adauctauít pater.

XI (1)

Pátrio exemplo et mé dicabo atque ánimam deuoto hóstibus.

XII (8)

Cástra haec uestrum est: óptume essis méritus a nobís . .

BRVTVS

I (2)

Tarquinius

Quom iám quieti córpus nocturno ímpetu

fateor' e. q. s. Idem 126, 15 'ignauit, ignauum facit. Accius Aeneadis: fateor' e. q. s. VIII Non. 139, 20 'minitabiliter pro minaciter. Accius in Aeneadis . . .' IX Non. 22, 15 'gliscit est congelascit et colligitur uel crescit uel ignescit . . . Accius Aeneadis: dis summa' e. q. s. X Non. 75, 1 'adauctauit, auxit. Accius Aeneadis . . .' XI Non. 98, 11 'deuorare, absumere, eripere. Accius Aeneadis . . .' XII Non. 200, 30 'castra generis sunt neutri. Feminini Accius Aeneadis aut Decio . . .'

Brutus I II Cicero de diu. I 22, 44 'cuiusnam modi est Superbi Tarquinii somnium, de quo in Bruto Attii loquitur ipse? [I] Eius igitur

---

10 Calleti *libri plerique*, *Neukirchius* Calle *superscr.* ti *W* Gallei *Lipsius Ant. Lect. V* 22, *Hermannus* 12 dis summa tibi perduellum est *libri* summa ibi p. est? *Bothius* 1 summa ibi pol duelli est *idem* 2 uis summa est ubi p. *Vossius* dic summa ubi p. est *Grotius Bibl. nou. IV* uis summa ibi perduellium est *Hermannus* quorsum *Bothius* 2 quorum *libri*. *An:* quosum? quibus a *Vossius* quibus se a *libri* 14 et *om. Neukirchius*, *retinuit Lachmannus in Lucr. II* 1122 15 deuoto *Neukirchius* deuoro *libri* deuotabo *Vossius* deorabo *Klausenus de Aenea p.* 922 *not.* 1833 *hh* 16 uestra *Nonius* esis *Merula p. CCCLI* escis *Bothius* est is *Vossius* estis *Hermannus* meriti id a nobis *Hermannus* meritus de nobis *Vossius* 17 cum iam *libri*

Dedí sopore plácans artus lánguidos:
Visum ést in somnis pástorem ad me adpéllere
Pecús lanigerum exímia pulcritúdine,
Duos cónsanguineos árietes inde éligi
Praeclárioremque álterum immoláre me.
Deinde eíus germanum córnibus conítier
In me árietare, eoque íctu me ad casúm dari:
Exín prostratum térra, grauiter saúcium,
Resupínum in caelo cóntueri máxumum
Miríficum facinus: déxtrorsum orbem flámmeum
Radiátum solis líquier cursú nouo.

II (3)

Réx, quae in uita usúrpant homines, cógitant curánt uident,
Quaéque agunt uigilántes agitantque, éa si cui in somno áccidunt,
Mínus mirum est, sed dí rem tantam haut témere inprouiso ófferunt.
Proín uide, ne quém tu esse hebetem députes aeque ác pecus,
'Is sapientiá munitum péctus egregié gerat
Téque regno expéllat: nam id quod dé sole ostentum ést tibi,

somnii a coniectoribus quae sit interpretatio facta uideamus: [II]'

---

plerique quoniam *Erl. Vind.* 18 sopere *Vind.* 19 uisust *Lambinus* pastor *Erl. Vind., Lambinus* 20 *sq. Inuersum in libris ordinem correxit Muretus* 23 conitier *Erl. Vind.* connitier *uulgo* 25 terga *Erl.* terrae *Pareus Lex. crit. p.* 1233 26 *sq.* maxumum ac mirificum *libri* 28 linquier *Erl.* 29 rex *Vind., sed* s *alt. m. superscr.* 30 si cui *Vind.*, t *m. alt. ascripto* accidunt *Vind.*, a *m. alt.* 31 mirum *Manutius* mirandum *libri* di rem tantam *Neukirchius* in re tanta *libri* haud *uulgo* aut *Erl.* inprouiso *libri*, *nisi quod* uisa *Eliens.*, *quod probauit Dauisius* inuisa *Hottingerus* offerunt *libri plerique*, *om. Erl.* se offerunt *Cantabr.* ingruunt *Orellius* 32 abetem *Erl.* 33 egregie *Bothius* egregium *libri* 34 id *om. Erl.* ostensum *Erl. alii codd. apud Alanum*

Pópulo commutátionem rérum portendit fore
Pérpropinquam. Haec béne uerruncent pópulo! Nam quod déxterum
Cépit cursum ab laéua signum praépotens, pulchérrume
Aúguratum est rém Romanam públicám summám fore.

III (4)

. . qui recte cónsulat, consúl cluat.

IV (5)

Túllius, qui líbertatem ciuibus stabilíuerat

[CASSIVS]

V

Lucretia

Nocte íntempesta nóstram deuenít domum.

III Varro de L. L. V 80 M. 'consul nominatus, qui consuleret populum et senatum, nisi illinc potius unde Accius ait in Bruto: qui recte' e. q. s. (Accius Flor. Goth. taccius Par. a b c tatius Haun. L. Accius O. Muellerus) IV Cicero pro Sestio 58, 123 'nominatim sum appellatus in Bruto: Tullius' e. q. s. 'miliens reuocatum est.' Schol. Bob. ad l. l. 'haec etiam' (Acci enim Halmius) 'tragoedia praetextata Brutus inscribitur, in qua nominatus quidem Tullius uidetur, sed non idem ipse Cicero, quantum pertineat ad Accium poetam: quantum ad actorem tamen, sine dubio per qualitatem nominis utique significatio passionis eius eluxit.'
V Varro de L. L. VI 7 'inter uesperuginem et iubar dicta nox intempesta, ut in Bruto Cassii quod dicebat Lucretia: nocte' e. q. s. Ibidem VII 72 'nunc de temporibus dicam. Quod est apud Cassium: nocte' e. q. s. 'nox intempesta dicta ab tempestate, tempestas ab tempore, nox intempesta quo tempore nihil agitur.' (Accii nomen reponendum censet Scaliger, minus recte praenomen Cai statuerunt Canterus Nou. Lect. V 26 et Turnebus Adu. XXIII 26. Ceterum uide Quaest. scen.)

---

35 comutationem *Erl.* 36 perpropinqua *Erl.* ueruncent *Erl. Vind.* dexterum *Vossius*, *Hermannus* ad dexteram *libri*, *nisi quod* ad dexterem *Erl.* 37 cepit sum ab leua *cum lacuna in raso loco, ubi altera m. superscriptum* ca, *in margine* cur *Vind.* pulcherrume *Vind.* pulcherrime *uulgo* 39 consul cluat *Palmerius Spicileg. ap. Grut. IV* 712 consulciat *Flor. Goth. Haun.* consulcia *Par. a* consul ciat *Par. b* consul fiat *Par. c* consul fuat *Augustinus* consul siet *Niebuhrius Hist. Rom. I* 578 *ed. tert.*

QVAESTIONVM SCENICARVM

MANTISSA

Iam posito grammatici supercilio quod tamquam exodiarius nugarum nubes effundo, cum Welckerus quodammodo in causa est, post quem de tragica Romanorum poesi uniuersa noua praeter minutias prolaturus clarissimo Soli mortale lumen stultus accenderem, tum uero studiorum inops nescio quae infantia, quae nisi in comicorum reliquiis perscrutandis et emendandis ante adulta rei Romanorum scenicae historiam maiore conatu temptare subuerebatur. Interim ne quid ad carminum nostrorum rationes pro uirili parte refingendas deesse uideretur, mensas quasdam secundas et, quae utinam ne inscitamenta sint, scitamenta Welckeri lancibus splendidissimis lubebat adicere, sed ea exigua patella exposita. Nam 'rara iuuant: primis sic maior gratia pomis.'

In LIVIO paucissima etiam uerendum est ne nimia uideantur. Et Agamemnonis caedem, quae Aegisthi fabula tractabatur, inter epulas, ut in Odyssea, perpetratam finxisse poetam probabiliter conclusit Welckerus de trag. Graec. p. 1158 ex fr. VI, quod *natarum* quoque memoria indicat ex alio atque Aeschyleo fonte fluxisse. Itaque uix erat cur idem uersus VI et VII (ubi 'ipsi', qui cecidit, principi opponi potuit cruor trunco exundans alteque exultans) Cassandrae furori adsignaret: immo peracta uidentur narrari ut fr. V. Itaque de Cassandrae partibus uix quicquam statui poterit. Recte enim inter sacerdotem et Electram optionem reliquit Delrio reginae uerborum VIII interpreti, uersu autem IV quae commemoretur mulier, quis spondeat? quamquam poterat captiuae infortunium domesticorum beneuolentiae commendari. Item incertum est, quo spectet 'species optabilis' fr. III: quippe uel Electra poterat matrem post facinus increpare, quae Duentzeri est opinio, uel Cassandrae erilis domus aspectu stupescenti Clytaemnestra inludere, uel nuntii in patriam reducis laetitia uel triumphum et spo-

lia spectantium curiositas notari, ne ulterius ariolando euagemur. Neminem exercent nuntii uersus I et II, quibuscum non inepte Klussmannus contulit Senecae Agam. 419 haec: *ut Pergamum omne Dorica cecidit face, Diuisa praeda est*, et sollemnem, quam Pacuuius quoque recepit, delphinorum naues lustrantium descriptionem 447 sqq.

T e r e u m ne cum Welckero p. 387 (conl. Ephem. archaeolog. 1848 p. 334) inter comoedias relegemus dissuadet Mercurius, qui cur non meram comoediam Amphitruonem facere possit, his explicat: *nam me perpetuo facere ut sit comoedia, Reges quo ueniant et di, non par arbitror.* Cf. Diomedes III p. 485 P. (450 G.). Quodsi Atellanarum lusus iam Liuius ausus esset, quid tandem Plautinus prologus adeo tergiuersabatur? Itaque recte uidetur Ladewicus Anal. scen. p. 12 inhonestiorem dictionem *limauit caput* (IV), quam Plautus postea carpsit, tragici stili infantia defendisse: ipsamque lactentem adhuc uel balbutientem Musam arguit, quae fr. III proditur maternae curae plebeia quaedam loquacitas et sitientis pueruli fames miserabilis. Philomelam misere habitam soror conqueritur fr. II. — Nihil constat de A c h i l l i s argumento, quamquam qui solus superest uersiculus non dedecebat Achillem Agamemnonis dona repudiantem. Modestius sane Homerus XIX 147: *δῶρα μέν, αἴ κ' ἐθέλῃσθα, παρασχέμεν, ὡς ἐπιεικές, Ἦτ' ἐχέμεν· πάρα σοί.* In exordio fabulae ira Achillis potuerat castigari, quippe quae parum saperet Chironis disciplinam (inc. nom. V). — Reliquarum fabularum laruae satis uexarunt homines doctos: nobis pax est cum mortuis, postquam Klussmanni cantilenas horridas Iuppiter et laboriosas legimus. Hoc miror, tam desubito lucem uiro doctissimo, quam 'critica' M. Hauptii 'fax' incenderat, fuisse extinctam. Nam cum uersus illos, qui ex Liuii I n o a Terentiano Mauro afferuntur, propter uoculae *et* in altero uersu usum nec Liuii nec Laeuii esse posse ipse ab Hauptio doctus praedicasset, paulo post nihilo minus Laeuium auctorem proclamat. Induxerat autem uirum clarissimum Terentiani illud *puto* minus recte ita intellectum, quasi de poetae nomine grammaticus dubitasset, qui potius quod Liuii 'squalem scabremque, incultam uastitudinem' a Caesio Basso sibi uenditam cum suis elegantiis

commutauerat, haec sua χρύσεα χαλκείων festiue indicauit addito *puto*. Itaque nec de Ino Liuii fabula nec de Dianae hymno est cur dubitemus. Cf. Weichertus Poet. Lat. reliq. p. 71 Welckerus p. 1369 Hermannus Epit. d. m. p. 127 ed. alt. M. Hauptius Obseru. crit. p. 43 Ladewicus Anal. scen. p. 12 et 26. — Denique abeat ad Adones suos et Alcestides et Centauros Laeuii, qui falso Liuii nomine in Macrobii Sat. VI 5 exemplaribus circumfertur, ex Helena galliambus: *tu qui permensus ponti maria alta ueliuola.*

NAEVIVM qui larga heroicarum, ut ita dicam, comoediarum messe locupletauit Welckero cur non ducam astipulandum esse, significaui ad Liuii Tereum. Cuius reliquias quibus inquinari concedo rusticitatis cuiusdam sordibus horridulis, eas quis in Naeuii Danae et Lycurgo deprehendat? Quae fabulae adeo non ab Ennii Pacuuii Attii seuera grandiloquentia nobis quidem uidentur recedere, ut mirari possis, quid tandem in illis luserit comicus poeta. Nisi forte subtilius illud parodiae genus, quod ad poesin tragicam tecte ridendam pertinet, rudioribus Romanorum sensibus tunc temporis placuisse, illos autem omnes, qui nunc inde extant, uersiculos ex ipsa tragoedia sumas originem ducere. Sed 'quid si redeo ad illos, qui aiunt, quid si nunc caelum ruat?'

Lycurgi autem reliquiae quid sibi uelint, partim sat probabiliter Klussmannus explicauit, quamquam quod Aeschyli Lycurgiam et Euripidis Bacchas quasi contaminasse Naeuium idem coniecit, id quidem nititur argumentis leuissimis. Multa per se clara sunt: uelut Baccharum aduentum nuntiari fr. I—III, alacritatem earum, postquam scenam inierunt, repraesentari fr. IV, porro correptum a ministris Bacchum produci secundum fr. XI, atrocitatem autem Lycurgi diuerbio conspicuam fieri, unde extant fr. XII—XV. In siluas fraude inlectas trucidari ille iubere uidetur fr. V—VII *), quo pergentes (IX. X) insidiarum suspitio subit (VIII). Deinde caedes mulierum siue caedis conatus describitur fr. XVI—XIX. Denique aedes Lycurgi incendi iubet deus fr. XX (cf. Eur. Bacch. 594 sq.), eodemque spectat ex nuntii narratione fr. XXIII. Comoediae reddenda

*) Itaque uersu 32 non *alios*, sed *alias* debebam scribere.

censeo, quae in Lycurgum Scaliger intulit: *risi egomet mecum cassabundum ire ebrium* (Varro de L. L. VII 53 M.). Quibuscum tamen quae coniunxit uir summus indidem petita (inc. nom. V), ea quidem facile concedo de Baccho dici potuisse.

D a n a e n magis Euripideam quam Sophocleam Naeuium conuertisse suspicans Bentleius in epist. ad Millium p. 464 praeter decantatam ingenii quandam adfinitatem fortasse in animo habuit Euripidea VI: *κρείσσων γὰρ οὔτις χρημάτων πέφυκ' ἀνήρ, Πλὴν εἴ τις· ὅστις δ' οὐτός ἐστιν, οὐχ ὁρῶ.* Similiter enim apud nostrum detecto probro (IV) auri inlecebras execratur Acrisius fr. V, eiusdemque, non Iouis, non regis potentia extollitur fr. I. Item de quaestu flagitioso dici poterant, quae apud Plautum Syncerastus, ubi orationem habet, 'quasi ipse sit frugi bonae', Poen. IV 2, 22 repetit leniter sic inmutata: m a l e p a r t u m m a l e d i s p e r i t (inc. nom. I). Euripideis porro satis apte conlatis hisce XIII: *οὐκ ἔστιν οὔτε τεῖχος οὔτε χρήματα Οὔτ' ἄλλο δυσφύλακτον οὐδὲν ὡς γυνή* Klussmannus fr. VI explicauit, quo sibi ipsi fortasse 'uirginis abditae custodi pauido' Acrisius inrisit. Eiusdem iram fr. VII et Danaes exilium fr. VIII significari apparet, quo nondum nato Perseo eam profectam Seruius quoque auctor est in Aen. VII 372: 'postquam est a Ioue uitiata, pater eam intra arcam inclusam praecipitauit in mare, quae delata ad Italiam inuenta est a piscatore cum Perseo, quem illic enixa fuerat.' Ac fortasse ad hoc supplicium spectant, quae Isidorus Orig. V 26 (inc. nom. II) habet. Cuius fr. X auxilium inuocatur, Iuppiter nescio an uaticinio aliquo misso desperantem consolatus sit: prodigium enim indicari uidetur fr. XI. Recte autem in exordio fabulae Iouis personam asciuit Vossius: quippe Mercurio Danaes formam admirabundus rex deorum monstrare uidetur fr. II, cui obstupescenti et amore flagranti an uirgini dedecoris sibi consciae dandum sit fr. III, dubitamus. De Semela fr. IX sermonem esse monuit Bergkius Mus. Rhen. 1835 p. 74.

Restant ceterarum fabularum corpora caeca, quae reliquiarum 'inuida praeclusit spatium natura uidendi.' Et quod H e c t o r e p r o f i c i s c e n t e Astydamantis Hectorem Latine redditam esse statuit Welckerus p. 1059, possit sane aliquo sententiae uinclo fr. II

ariolanti consociatum uideri cum incertae fabulae uersibus Astydamantis his, quae apud Stobaeum 86, 3 leguntur:

γένους δ' ἔπαινός ἐστιν ἀσφαλέστατος,
κᾆτ' (uulgo *κάτ'*) *ἄνδρ' ἐπαινεῖν, ὅστις ἂν δίκαιος ᾗ*
τρόπους τ' ἄριστος, τοῦτον εὐγενῆ καλεῖν·
ἕν' ἄνδρα τοῦτόν ἐστιν εὑρεῖν δυσχερές,
κεἰ τοῦτον οἱ ζητοῦντές εἰσι μύριοι.

Certius est uersus de Andromacha Naeuii (nisi Nouii malis cum Bothio et Munkio p. 88) depromptos falso Klussmannum Hectori proficiscenti dedisse, si quidem galeam patris expauescens puerulus, qualem cum Homero finxit Astydamas, nondum poterat sapientiae praecepta in pectore condere. Itaque de Anchialo cogitandum erit, quamquam parum huc quadrant, quas Duentzerus Ephem. Darmst. 1835 p. 47 asciuit Euripideae Andromachae 415 sqq. lamentationes. At Equi Troiani ut solum Naeuium auctorem fuisse demonstrarent, qui Ciceronis ad Fam. VIII 1 (inc. poet. fab. VIII) auctoritate abusi sunt, non animaduerterunt, quod satis probabile uidetur, Attii Deiphobum altero illo nomine potuisse insignitam esse. In qua Simonis fortasse partes agens Aesopus iurare poterat, quae illo loco Cicero affert. Item uide an ipse Attii Deiphobus sero sapiens prouerbio originem dederit, quod Festus p. 343 M. (inc. poet. fab. VII) explicauit. — Hesionae denique Troiam ab Hercule captam et Telamonis coniugium argumento fuisse probabiliter coniecit O. Muellerus. Versiculum nostrum interpretaturus Klussmannus nugatur. Qui quem Faunis et uatibus restituendum putauit inc. nom. III, eo Iphigeniae, quae scrupulum mouit Welckero, aliquantillum subicere possis stabilimenti. Nec de aliis quibusdam incerti generis reliquiis tam firme nobis quam illi stat sententia: qui quae comoediis inserere non dubitauit, inc. nom. IV et IX—XI, eis indicta quasi causa tragicam scenam praecludere religioni habui. Contra 'consolitae illius ex Saturniorum rudi et inculta specie asperitatis' (Ritschelii Prol. Trin. p. 199 uerba sunt) quasi spiritum rectius a senariorum candore abstinere nobis uidemur. Itaque huc non pertinere puto inc. nom. XII et XIII.

Euripideas fabulas certum est ENNIVM expressisse tres: Medeam Hecubam Iphigeniam. Ex quibus ad uerbum expressam dicit Cicero Medeam de fin. I 2, 4: 'iis igitur est difficilius satis facere, qui se Latina scripta dicunt contemnere. In quibus hoc primum est, in quo admirer, cur in grauissimis rebus non delectet eos patrius sermo, *cum eidem fabellas Latinas ad uerbum e Graecis expressas non inuiti legant. Quis enim tam inimicus paene nomini Romano est, qui Ennii Medeam aut Antiopam Pacuuii spernat aut reiciat, quod se eisdem Euripidis fabulis delectari dicat?*' Quod quomodo intellegendum sit, apparet conlatis Graecis exemplis infra positis, quae, ut suum cuique reddatur, ad I II XIII attulit Manutius in Cic. epist. ad Fam. VII 6, ad III IV VII X XI Columna, ad V Angelus Politianus Misc. cap. 27, ad VI Muretus Var. Lect. IV 7, ad VIII Osannus Anal. crit. p. 118, ad IX Planckius, ad XIV denique Scaliger Coni. p. 60.

I: Eur. 1:

Εἴθ' ὤφελ' Ἀργοῦς μὴ διαπτάσθαι σκάφος
Κόλχων ἐς αἶαν κυανέας Συμπληγάδας,
μηδ' ἐν νάπαισι Πηλίου πεσεῖν ποτε
τμηθεῖσα πεύκη, μηδ' ἐρετμῶσαι χέρας
ἀνδρῶν ἀρίστων, οἳ τὸ πάγχρυσον δέρος
Πελίᾳ μετῆλθον· οὐ γὰρ ἂν δέσποιν' ἐμή
Μήδεια πύργους γῆς ἔπλευσ' Ἰωλκίας,
ἔρωτι θυμὸν ἐκπλαγεῖσ' Ἰάσονος

II: Eur. 49:

παλαιὸν οἴκων κτῆμα δεσποίνης ἐμῆς,
τί πρὸς πύλαισι τήνδ' ἄγουσ' ἐρημίαν
ἕστηκας αὐτὴ θρεομένη σαυτῇ κακά;

III: Eur. 57:

ὥσθ' ἵμερός μ' ὑπῆλθε γῇ τε κοὐρανῷ
*λέξαι μολούσῃ δεῦρο Μηδείας *) τύχας.*

IV: Eur. 131:

ἔκλυον φωνάν, ἔκλυον δὲ βοάν
τᾶς δυστάνου Κολχίδος

---

*) δεσποίνης alii. Vide Kirchhoffii in Eur. Med. prolegomena p. 31.

V: Eur. 214:

Κορίνθιαι γυναῖκες, ἐξῆλθον δόμων,
μή μοί τι μέμφησθ'· οἶδα γὰρ πολλοὺς βροτῶν
σεμνοὺς γεγῶτας, τοὺς μὲν ὀμμάτων ἄπο,
τοὺς δ' ἐν θυραίοις· οἱ δ' ἀφ' ἡσύχου ποδός
δύσκλειαν ἐκτήσαντο καὶ ῥᾳθυμίαν.

quorum mentem non recte Ennium adsecutum esse monuit praeeunte Mureto Var. Lect. VIII 17 Elmsleius.

VI: Eur. 250:

ὡς τρὶς ἂν παρ' ἀσπίδα
στῆναι θέλοιμ' ἂν μᾶλλον ἢ τεκεῖν ἅπαξ.

VII: Eur. 352:

εἴ σ' ἡ 'πιοῦσα λαμπὰς ὄψεται θεοῦ
καὶ παῖδας ἐντὸς τῆσδε τερμόνων χθονός,
θανῇ.

Eidem autem Creonti si cetera 'regum imperia' ibidem a Cicerone allata (inc. inc. fab. LXXXVII) recte Scaliger Coni. p. 60 ascripsit, certe minus apte uno quasi spiritu ut hunc uersum 321: *ἀλλ' ἔξιθ' ὡς τάχιστα· μὴ λόγους λέγε* haec etiam: *animum aduorte et dicto pare: Praeter rogitatum ne querare* pronuntiata statuit, quorum priora: *animum aduorte et dicto pare* prooemium potius redolent, conl. 274: *καὶ μή τι μέλλειν.* Pergimus in certioribus.

VIII: Eur. 365:

ἀλλ' οὔτι ταύτῃ ταῦτα, μὴ δοκεῖτέ πω.
ἔτ' εἴσ' ἀγῶνες τοῖς νεωστὶ νυμφίοις
καὶ τοῖσι κηδεύσασιν οὐ σμικροὶ πόνοι.
δοκεῖς γὰρ ἄν με τόνδε θωπεῦσαί ποτ' ἄν,
εἰ μή τι κερδαίνουσαν ἢ τεχνωμένην;

IX: Eur. 371:

ὁ δ' ἐς τοσοῦτον μωρίας ἀφίκετο
ὥστ' ἐξὸν αὐτῷ τἄμ' ἑλεῖν βουλεύματα
γῆς ἐκβαλόντι τήνδ' ἀφῆκεν ἡμέραν
μεῖναί μ', ἐν ᾗ τρεῖς τῶν ἐμῶν ἐχθρῶν νεκροὺς
θήσω, πατέρα τε καὶ κόρην πόσιν τ' ἐμόν·

398: πικροὺς δ' ἐγώ σφι καὶ λυγροὺς θήσω γάμους,
πικρὸν δὲ κῆδος καὶ φυγὰς ἐμὰς χθονός.

Quibus duobus locis quem interposuit Cicero (inc. inc. fab. XC), eundem Ennius ipse potest uideri intermiscuisse. Nec dubito Medeae ad male faciendum uigorem agnoscere in eis quae seruauit Quintilianus IX 3, 16 (inc. inc. fab. LXXXIX). Vnde in exordii, quod hoc est apud Euripidem 364: κακῶς πέπρακται πανταχῆ· τίς ἀντερεῖ; conformatione aliquantum nostrum apparet ingenio indulsisse. Itemque apud Charisium V p. 252 (inc. inc. fab. XCIV) quae extant, nisi forte ad Attii Medeam rectius referuntur quam ad haec 476:

ἔσωσά σ', ὡς ἴσασιν Ἑλλήνων ὅσοι
ταὐτὸν συνεισέβησαν Ἀργῷον σκάφος,
πεμφθέντα ταύρων πυρπνόων ἐπιστάτην
ζεύγλαισι καὶ σπεροῦντα θανάσιμον γύην·

certe sequebantur senarios X, quibus ex eadem oratione respondent u. 502:

νῦν ποῖ τράπωμαι; πότερα πρὸς πατρὸς δόμους,
οὓς σοὶ προδοῦσα καὶ πάτραν ἀφικόμην;
ἢ πρὸς ταλαίνας Πελιάδας;

XI: Eur. 526:
ἐγὼ δ', ἐπειδὴ καὶ λίαν πυργοῖς χάριν κ. τ. λ.
530: ὡς Ἔρως σ' ἠνάγκασε
τόξοις ἀφύκτοις τοὐμὸν ἐκσῶσαι δέμας.

XII: Eur. 764:
ὦ Ζεῦ Δίκη τε Ζηνὸς Ἡλίου τε φῶς

XIII: Eur. 1069:
δότ', ὦ τέκνα
δότ' ἀσπάσασθαι μητρὶ δεξιὰν χέρα.

XIV: Eur. 1251:
ἰὼ Γᾶ τε καὶ παμφαὴς
ἀκτὶς Ἀελίου, κατίδετ' ἴδετε τὰν
ὀλομέναν γυναῖκα, πρὶν φοινίαν
τέκνοις προσβαλεῖν χέρ' αὐτοκτόνον.

Denique quae Varro de L. L. VII 16 M. adfert (inc. nom. XXV) O. Muellerus non inepte suspicatur ex his orta esse 714:

οὕτως ἔρως σοι πρὸς θεῶν τελεσφόρος
γένοιτο παίδων καὐτὸς ὄλβιος θάνοις.

Inmanem uero, quam Cicero pro rege Deiotaro 9, 25 (inc. inc. fab. LXXXVIII) detestatur, sententiam Medeae ingenio conuenire obseruauit Ladewicus p. 17. Et potuit eam Ennius uelut in hoc dilogio inserere 816:

X. ἀλλὰ κτανεῖν σὼ παῖδε τολμήσεις, γύναι;
M. οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα δηχθείη πόσις.
X. σὺ δ' ἂν γένοιό γ' ἀθλιωτάτη γυνή.
M. ἴτω· περισσοὶ πάντες οὑν μέσῳ λόγοι.

Quamquam scio plures eadem sententia Graecos uersus extare, ut: *ἐρρέτω φίλος σὺν ἐχθρῷ* (Plutarch. quom. ab amico adul. internosc. cap. 4 cf. Macarii Prouerb. IV 12 in Leutsch. Paroemiogr. II 167 sq.) et: *σφάλλειν σὺν ἐχθροῖς καὶ φίλους κέρδος φέρει* et: *ἀπόλοιτο καὶ φίλος σὺν ἐχθροῖς* (Macar. VII 95 cf. Leutsch. II 213). Restant alia, quae aut certo loco ne probabiliter quidem uisa sunt adsignari posse aut prorsus ab argumento alienas res inuehere. Et fr. XV quidem uel de uindicta deliberans Medea (cf. Eur. 376 sqq. 407) poterat eloqui uel, quod magis uidetur ueri simile, perturbatam consiliique expertem mentem simulans Iasoni respondere (cf. Eur. 295 sqq. 305). Quod autem Euripideum inc. fab. LXXII uersum, quo in epist. ad Fam. XIII 15 Cicero utitur: *μισῶ σοφιστήν, ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός*, ab Ennio expressum esse statuit Manutius, inde nec duplicis Euripideae fabulae recensionis, de qua post Boeckhium Gr. trag. princ. p. 172 cogitauit Osannus, suspitionem confirmari nec alterius Medeae cum Manutio adsumendae necessitatem effici iudicabit, qui sententias aliunde sumptas hic illic praeter Graecum exemplar inserendi licentiam ab accurata ceteroquin conuersione non abhorruisse concesserit Elmsleio p. 75. Quin ne mirer quidem, si quis pro Iasonis et Medeae in extrema fabula conuitiis habuerit, quae Rhet. ad Herenn. II 25, 39 (inc. inc. fab. XCI) affert, quamquam nihil apud Euripidem inuenies, quod apprime eis conueniat. Aliter statuendum est

de uersu XVI, cuius singulae particulae ita cum eis, quae fr. I amplius atque copiosius circumscripta sunt, conspirant, ut qui in alteram Medeam illum cum Manutio coniecerit, Ennianae in uariandis sermonibus arti non plus laudis addiderit, quam qui Elmsleium p. 151 et Bergkium Mus. Rhen. III 1835 p. 71 secutus chori uerba 431: *σὺ δ' ἐκ μὲν οἴκων πατρῴων ἔπλευσας Μαινομένᾳ κραδίᾳ* dixerit esse expressa. Immo genuinos uersus uel inflexit in suae artis usum ut Rhet. ad Her. II 22 et de fato 15, 35 grammaticus aliquis, uel memoriter, quae Bothii sententia est, Nonius protulit. At non amplius tergiuersandum est in reuocanda Atheniensi, quam Welckerus p. 1378 dicit, Medea, cuius si quidem argumentum cum Aegeo Sophoclea conuenire recte coniecit Elmsleius p. 75, Theseo aduenae uidetur initio fabulae comes patriam monstrare. Nam 'digito monstrantis uerba' esse apud Varronem VII 9 olim persensit Columna, nec mouet nos in tempus Bergkii auctoritas, qui 'nequaquam Ennium duas scripsisse fabulas eiusdem nominis alio tempore' se probaturum promisit Ind. lect. Marb. 1844 p. XI. Ladewicum p. 16 refutauimus in Coni. p. 3. — Medeae exuli duos illos, qui ex Nemea adferuntur, uersiculos inserentibus uix dubitarem subscribere, si tam expedita esset *pecudis mariti* notio quam priores anapaestos facile est ad Medeam referre, quacum *κακῶς πέπρακται πανταχῇ.* Quamquam qui huius ipsius scenae initium illis contineri sibi persuaserit, ei cantici Enniani species non nihil ab Euripideis senariis diuersa fingenda erit, nec sane absonus ab his fluctibus transitus erat ad confidentiam illam: *quam magis aerumna urget* e. q. s. Sed praesto sunt etiam alia uelut 277: *αἰαῖ· πανώλης ἡ τάλαιν' ἀπόλλυμαι.*

Minime 'pressius quam in ceteris', quae Ladewici p. 15 opinio est, sed aliquantum solutius Graeca uestigia Ennius secutus est in Hecuba uersa eadem Gellio XI 4 teste de Euripidea. Nam anapaestis V nihil in Euripideo cantico, quod legitur 155—177, est quod respondeat, nec omnino satis probabile uidetur iam ab exordio poetam *ὅλῳ τῷ θυλάκῳ* seuisse: cum contra similia quaedam in senariis et Vlixem precetur Priami coniux u. 387: *κεντεῖτε, μὴ φείδεσθε* et 391: *ὑμεῖς δέ μ' ἀλλὰ θυγατρὶ συμφονεύσατε* (quibuscum Bothius animaduertit concinere quae apud Varronem de L. L.

VII 13 sunt inc. nom. XXI) et Talthybio dicat 505: ὦ φίλτατ', ἆρα κἄμ' ἐπισφάξαι τάφῳ Δοκοῦν Ἀχαιοῖς ἦλθες; Inde igitur carminis materiam Ennius hausisse uidetur iam abducta ad mortem filia cantati a matre, quae in Graeco exemplo usque ad nuntii aduentum afflicta et muta humi iacere fingitur. Pluribus acerbam eius ultione de Polymestore peracta laetitiam (cf. Eur. 1044 sq.) adornatam esse significat uersus X, quem recte interpretatur Columna. Nec Agamemno, ubi iusta passum esse Polymestora docet (Eur. 1240 sqq.), simul, quod prorsus alienum erat, Thracum legibus nullas de parentum aut hospitum interfectoribus poenas constitutas esse, poterat inferre. Itaque e uersu 1247: τάχ' οὖν παρ' ὑμῖν ῥᾴδιον ξενοκτονεῖν minime orta sunt Latina VIII, quae cum aptius comparentur cum Hecubae uerbis 799:

ἀλλ' οἱ θεοὶ σθένουσι χὠ κείνων κρατῶν
νόμος· νόμῳ γὰρ τοὺς θεοὺς ἡγούμεθα,
καὶ ζῶμεν ἄδικα καὶ δίκαι' ὡρισμένοι·
ὃς ἐς σ' ἀνελθὼν εἰ διαφθαρήσεται,
καὶ μὴ δίκην δώσουσιν οἵτινες ξένους
κτείνουσιν ἢ θεῶν ἱρὰ τολμῶσιν φέρειν,
οὐκ ἔστιν οὐδὲν τῶν ἐν ἀνθρώποις ἴσον.

(cf. Nic. Loensis Misc. epiph. VIII 7): illam potius accepto caesi pueri nuntio de manca humanarum legum indole conqueri putamus.

Item siue anapaestis, ex quibus u. 68: ὦ στεροπὰ Διός, ὦ σκοτία νύξ iambico octonario II redditum uidit Scaliger, Ennius ex suo inseruit septenarium III secundum Hermanni coniecturam, siue malis ad senarios referre, unde haec possunt comparari 262:

ἢ τοὺς κτανόντας ἀνταποκτεῖναι θέλων
ἐς τήνδ' Ἀχιλλεὺς ἐνδίκως τείνει φόνον;

utique quantum suae Musae concesserit poeta, licet imaginari. Propius reliqua ad Graecorum speciem accedunt. Et Hecubae uerbis IV Gellius ipse exemplum adposuit 293:

τὸ δ' ἀξίωμα, κἂν κακῶς λέγῃς, τὸ σόν
πείσει· λόγος γὰρ ἔκ τ' ἀδοξούντων ἰὼν
κἀκ τῶν δοκούντων αὑτὸς οὐ ταὐτὸν σθένει.

Versus VI Columna intellexit spectare ad haec Talthybii 497:

φεῦ φεῦ· γέρων μὲν εἴμ᾽· ὅμως δέ μοι θανεῖν
εἴη, πρὶν αἰσχρᾷ περιπεσεῖν τύχῃ τινί.

et IX Turnebo Aduers. XXIX 29 auctore ad illa Hecubae 829:

ἢ τῶν ἐν εὐνῇ φιλτάτων ἀσπασμάτων
χάριν τιν᾽ ἕξει παῖς ἐμή, κείνης δ᾽ ἐγώ;

Eiusdem uerba VII recte Mercerus composuit cum u. 760:

ὁρᾷς νεκρὸν τόνδ᾽, οὗ καταστάζω δάκρυ;

apte autem Hermannus fr. I cum eis, quae narrat Polydorus 26: καὶ κτανὼν ἐς οἶδμ᾽ ἁλὸς Μεθῆκε. Ex eis denique, quae sine fabulae nomine laudantur, probabiliter Muretus Var. Lect. V 13 Hecubae uindicauit uersiculum, quo Cicero de fin. II 13, 41 (inc. nom. XX) utitur, quique ad mortis laudem inflexus in P. Syri sententiis 483 Or. sic legitur: *nimium boni est, in morte si nil sit mali.* Nam ex Euripide huc quadrant 627: κεῖνος ὀλβιώτατος Ὅτῳ κατ᾽ ἦμαρ τυγχάνει μηδὲν κακόν. Quae uero praeterea uagis coniecturis olim Hermannus inter Hecubae reliquias inseruit, expendit Osannus Anal. crit. p. 136 sqq., nec non huic fabulae operam suam dedit Duentzerus in Ephem. Darmst. 1838 n. 6 sq.

De Iphigenia bene meruit Bergkius, qui in egregia commentatione indici lectionum Marburgensium a. 1844 praemissa Ennium conicit p. XII sqq. ita contaminasse, ut 'quae Euripides obiter tantum attigit, cum a Sophocle occupata essent, ea ille suppleuerit et spectanda exhibuerit popularibus suis.' Maxime autem ad Euripidis exemplum Ennium sese applicasse olim intellectum est. Nam cum fr. I composuit Scaliger Eur. 6:

Αγ. τίς ποτ᾽ ἄρ᾽ ἀστὴρ ὅδε πορθμεύει;
Πρ. Σείριος, ἐγγὺς τῆς ἑπταπόρου
Πλειάδος ᾄσσων ἔτι μεσσήρης. (conl. Boeckh. Gr. trag. princ. p. 279 sqq.) item fr. II cum Eur. 137:

ἀλλ᾽ ἴθ᾽ ἐρέσσων σὸν πόδα, γήρᾳ
μηδὲν ὑπείκων.

Et ex eodem diuerbio fuisse putamus, quae Cicero habet de diu. II 26, 57 (inc. nom. XXII), quibus respondent Graeca 9:

οὔκουν φθόγγος γ' οὔτ' ὀρνίθων
οὔτε θαλάσσης.

conf. 156: ἴθι. λευκαίνει
τόδε φῶς ἤδη λάμπουσ' ἠώς
πῦρ τε τεθρίππων τῶν Ἀελίου.

Incertum autem est, utrum Euripidem an Ennium intellexerit Cicero Tusc. disp. III 24, 57: 'de paupertate agitur . . . *neque siletur illud potentissimi regis anapaestum, qui laudat senem et fortunatum esse dicit, quod inglorius sit atque ignobilis ad supremum diem peruenturus*', quae recte referuntur ad Eur. 16 sqq. Porro illius inter fratres iurgii frusta IV et V apte conferuntur cum Euripideis 322:

Μ. τήνδ' ὁρᾷς δέλτον, κακίστων γραμμάτων ὑπηρέτιν;
326: Μ. ὥστε σ' ἀλγῦναί γ' ἀνοίξας, ἃ σὺ κάκ' εἰργάσω λάθρα.
Α. ποῦ δὲ κἄλαβές νιν; ὦ θεοί, σῆς ἀναισχύντου φρενός.
Μ. προςδοκῶν σὴν παῖδ' ἀπ' Ἄργους, εἰ στράτευμ' ἀφίξεται.
Α. τί δέ σε τἀμὰ δεῖ φυλάσσειν; οὐκ ἀναισχύντου τόδε;
Μ. ὅτι τὸ βούλεσθαί μ' ἔκνιζε, σὸς δὲ δοῦλος οὐκ ἔφυν.
Α. οὐχὶ δεινʼ, εἰ τὸν ἐμὸν οἰκεῖν οἶκον οὐκ ἐάσομαι;

conl. 1269 sq. Paulo tamen aliter ab Ennio conformatam esse hanc disceptationem maxime apparet comparanti Agamemnonis orationem fr. VI cum his 384:

εἶτ' ἐγὼ δίκην δῶ σῶν κακῶν ὁ μὴ σφαλείς;
et 396: τἀμὰ δ' οὐκ ἀποκτενῶ 'γὼ τέκνα· καὶ τὸ σὸν μὲν εὖ
παρὰ δίκης ἔσται, κακίστης εὐνίδος τιμωρία.
ἐμὲ δὲ συντήξουσι νύκτες ἡμέραι τε δακρύοις
ἄνομα δρῶντα κοὐ δίκαια παῖδας, οὓς ἐγεινάμην.

quae ut accuratius Romanus poeta expressisse uideretur, parum probabiliter Bergkius p. XIII interstitium posuit inter uersum primum et alterum. Quod obiter apud Euripidem a Menelao tangitur, fore ut infecta re in patriam reuertantur, primum tamquam opprobrium ab irato 372: *Ἑλλάδος μάλιστ' ἔγωγε τῆς ταλαιπώρου στένω, Ἣ θέλουσα δρᾶν τι κεδνὸν βαρβάρους τοὺς οὐδένας Καταγελῶντας ἐξανήσει διὰ σὲ καὶ τὴν σὴν κόρην*, deinde tamquam consilium a misericorde 495: *ἴτω στρατεία διαλυθεῖσ' ἐξ Αὐλίδος* et 515: *οὔκ, εἴ νιν εἰς Ἄργος γ' ἀποστελεῖς πάλιν*: id igitur Ennius ita uideri potest

conuertisse, ut reditum re uera ab Agamemnone propositum, perfidiae tamen crimen eis refelli fingeret, quae apud Diomedem II p. 441 (inc. nom. XIII) legimus. Quo bene quadrat, quod ualde probabiliter Bergkius coniecit, eum uersum, qui in Rhet. ad Her. III 21, 34 (inc. inc. fab. XIII cf. XIV) laudatur, a Calchante siue Vlixe — potest etiam de Thersite cogitari — in populi contione pronuntiatum esse, ut quae significare u. 494 540 526 Euripides sat habuit, ea Sophocle fortasse auctore Ennius in scena repraesentauerit. Propius fr. VII accedit ad 446:

ἡ δυσγένεια δ' ὡς ἔχει τι χρήσιμον.
καὶ γὰρ δακρῦσαι ῥᾳδίως αὐτοῖς ἔχει,
ἅπαντά τ' εἰπεῖν· τῷ δὲ γενναίῳ φύσιν
ἄνολβα ταῦτα

quaeque Cicero ad Att. XIII 47, 1 habet (inc. inc. fab. XI) ad Clytaemnestrae haec 633:

ὦ σέβας ἐμοὶ μέγιστον, Ἀγαμέμνων ἄναξ,
ἥκομεν, ἐφετμαῖς οὐκ ἀπιστοῦσαι σέθεν

apte a Ladewico p. 15 comparata: et fr. IX ad u. 1375, quem asciuit Hermannus:

κατθανεῖν μέν μοι δέδοκται· τοῦτο δ' αὐτὸ βούλομαι
εὐκλεῶς πρᾶξαι.

quocum fr. XI Bergkius coniungens ita scriptum:

Acheruntem obibo, ubi mortis thesauri obiacent,
Vt hostium eliciatur sanguis sanguine

refellitur neglecta *Acheruntem* uocis prosodia. Rectius illud Naekius de Dulor. Pac. p. III (Opusc. I 86) ad Iphigeniae carmen rettulit 1475:

ἄγετέ με τὰν Ἰλίου
καὶ Φρυγῶν ἑλέπτολιν.

et 1484:

ὡς ἐμοῖσιν, εἰ χρεών,
αἵμασι, θύμασί τε
θέσφατ' ἐξαλείψω.

Eodemque cantico potuit de Paridis uel de Helenae temeritate conqueri Iphigenia fr. X ut apud Euripidem 1335:

ἰὼ, ἰώ
μεγάλα πάθεα, μεγάλα δ' ἄχεα
Δαναΐδαις τιθεῖσα Τυνδαρὶς κόρη.

conl. 574 sqq. et 794 sqq. Qua enim mente Agamemnonem Clytaemnestra potuerit his uerbis obiurgare, uelim explicauerit Bergkius p. XV Bothii opinionem secutus. Iam restant, quae uel ipse Ennius nouasse uel a Sophocle mutuatus esse creditur. Ex quibus grauissimum est, quod militibus chori partes adsignauit. Nam milites, non mulieres decere fr. III iam Vossius perspexit. Eosdem autem in Sophoclea Iphigenia chorum effecisse conclusit Bergkius p. XIV et de fragm. Soph. p. 15 ex similibus de otio querellis (Soph. 288):

τίκτει γὰρ οὐδὲν ἐσθλὸν εἰκαία σχολή·
θεὸς δὲ τοῖς ἀργοῦσιν οὐ παρίσταται.

Quod utut se habet, hoc clarum est, et primum illud fuisse in Ennii fabula militum carmen et Achillis qualem Euripides composuit 801 sqq. orationem non posse non aliquantum ab illo fuisse inmutatam. Ceterum uide an ultimus horum uersuum diem dederit responso cuidam, quod Cicero Tusc. disp. III 3, 5 (inc. nom. XXIV) laudat. Magis dubitamus uiro praeclarissimo in eo adsentiri, quod fr. VIII de Sophocle statuit translatum uideri: neque enim adeo sublimia sunt Enniana, quin potuerint huius ingenio substitui Euripideis 955:

πικροὺς δὲ προχύτας χέρνιβάς τ' ἐνάρξεται
Κάλχας ὁ μάντις. τίς δὲ μάντις ἔστ' ἀνήρ,
ὃς ὀλίγ' ἀληθῆ, πολλὰ δὲ ψευδῆ λέγει
τυχών, ὅταν δὲ μὴ τύχῃ, διοίχεται;

Singulos duarum fabularum uersus Varro de L. L. VII 82 testatur ad Euripidis exemplum factos esse, A l e x a n d r i scilicet V et A n d r o m a c h a e II: cetera in coniectura posita sunt. Quamquam enim Cicero de opt. gen. or. 6, 18 his: *eidem Andriam et Synephebos nec minus Andromacham aut Antiopam aut Epigonos Latinas recipiunt*, his igitur quamquam cum Antiopa ad uerbum de Graeco expressa A n d r o m a c h a m componit, tamen de huius exemplo nihil potest adfirmari. Nihil certe efficitur uno et altero ex Hecuba et Troadibus uersu, quos Columna et post Duentzerum Ephem.

17

Darmst. 1838 p. 47 Hartungus Eurip. rest. II 284 conquisiuerunt, ut leuissimam cum Ennianis similitudinis umbellam captarent. De argumento, in quo frustra elaborauit Ladewicus p. 36, constare uidetur eis, quae de Antiphonte Andromachae actore a. 700 u. c. Attico scripsit Cicero IV 15: 'redii Romam Fontei causa a. d. VII Idus Quinct. Veni in spectaculum: primum, magno et aequabili plausu (sed hoc ne curaris, ego ineptus qui scripserim): deinde Antiphonti operam: is erat ante manu missus quam productus. Ne diutius pendeas, palmam tulit: sed nihil tam pusillum, nihil tam sine uoce, nihil tam —, uerum haec tu tecum habeto. *In Andromacha tamen maior fuit quam Astyanax*, in ceteris parem habuit neminem.' Et de Astyanactis funere agitur fr. VII, cuius infantiam minus fortasse quam Polyxenam decet Orci salutatio fr. VI. Quae autem fr. IV memoratur seditionem utrum in expugnata urbe inter Troianos Graecorum crudelitate indignatos an inter Achiuorum exercitum longae absentiae inpatientem (I) ortam finxerit poeta, haeremus. Nam Andromacham pueri uitam ui defendisse conicere possis ex etymo (II), quod ἀνδρὶ μάχεται. Cuius ira ortae audaciae, quam demulcere uidetur Vlixes secundum fr. V, oppositus est Hecubae in summa miseria torpor (III). Sin ad Graecorum castra seditionem illam contuleris, certe non mulieribus captiuis cum Ladewico p. 37, sed Vlixi uel alii duci curiosam quaestionem IV conuenire statues. Dubitanter conicio, quae Varro de L. L. VII 93 (inc. nom. LVII) exhibet, Hecubam fortasse de Cassandra Agamemnoni addicta ea mente dixisse, qua furore exultans hymenaeum in Euripidis Troadibus 308 sqq. cantat Apollinis sacerdos. Et hic de Neoptolemo philosophiam fastidiente (inc. nom. XIII) dicatur, qui non inepte forsan in Andromacha fingatur patris honori patrocinans Vlixis, qui Polyxenam tueatur, argumenta refutare. Quamquam cui extra nostrae de Ennianis fabulis scientiae limen euagari libuerit, cum alia multa poterit excogitare tum Welckeri coniecturam probare, qui in Philocteta Neoptolemum suspicatur Vlixis argutiis respondere, comparans Sophoclea 1246: ἀλλ' εἰ δίκαια, τῶν σοφῶν κρείσσω τάδε. Et ut de multis illis unum exhibeam, uide an ut in Hippiae dialogo (Plat. Hipp. mai. 286 a), ita in tragoedia nostra cum

Nestore Neoptolemus capta urbe disseruerit, quid adulescentis ingenio ad uirtutem ac famam erudiendo optime conueniat.

Cicero Andromachae quantum tribuerit, cum laudibus in Tusc. disp. III 19, 44 effusis apparet tum hoc loco de diu. I 12, 23: 'sus rostro si humi A literam inpresserit, num *propterea suspicari poteris, Andromacham Ennii ab ea posse describi?*' Idemque rursus commemorat Acad. pr. II 7, 20: *quam multa, quae nos fugiunt in cantu, exaudiunt in eo genere exercitati! qui primo inflatu tibicinis Antiopam esse aiunt aut Andromacham, cum id nos ne suspicemur quidem.*

Alexandri certum Euripideum exemplum extat, quod tamen quomodo secutus sit Ennius, nec ratiocinationum, quales Ladewicus p. 30 sq. proposuit, temeritate efficitur nec Graecis reliquiis apparet. In prologo quin Hecubae somnium, quod Cicero de diu. I 21, 42 (inc. inc. fab. V) exhibet, narratum sit nullo modo dubitamus, nec improbabiliter ad Venerem eas partes detulit Hartungus II 234. Eius autem somnii agnito filio rursus ita mentio fieri poterat, ut quantum 'exitio Troiae' recepto periculum incurrerent ab altera parte moneretur, ab altera autem responderentur quae Cicero de diu. II 62, 127 (inc. nom. LVI) adfert. Cassandrae uersuum quattuor 43—46 exitus a Quintiliano IX 3, 77 (inc. inc. fab. IX) intellegi ingeniosior est quam uerior Langii Vind. p. 48 coniectura. Ni mirum hic est disputationis apud grammaticum tenor, ut similium quadruplicem fere rationem esse doceat Quintilianus. 'Nam est primum, quotiens uerbum uerbo simile aut non dissimile ualde quaeritur, ut: puppesque tuae pubesque tuorum' uel: 'quantum possis, in eo semper experire, ut prosis', quod est παρίσων genus. 'Secundum, ut clausula similiter cadat, uel eisdem in ultimam partem conlatis, ὁμοιοτέλευτον, similem duarum sententiarum uel plurium finem: non modo ad salutem eius extinguendam, sed etiam gloriam per tales uiros infringendam. Ex quibus fere sunt, non tamen ut semper ultimis consonent, quae τρίκωλα dicunt: uicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia. Sed in quaternas quoque ac plures haec ratio ire sententias potest' (h. e. illa consonantium uocum κῶλα non trinario numero cohibita, sed τετράκωλα etiam et plurium membrorum similis conformatio in usu est). 'Fit etiam singu-

lis uerbis: *Hecuba, hoc dolet piget pudet*, et: *Abiit excessit erupit euasit.'* Itaque secunda illa similium ratio, ut clausula similiter cadat, non sententiarum tantum simili exitu uel membrorum concinna aequabilitate, sed singularum quoque uocum deinceps sese excipientium consonantia efficitur. Nihilo minus tam illa sane mire ad Cassandrae uerba aspirant, ut aliquid certe Langius nobis uidisse uideatur. Quid enim si uaticinia sua figura illa Cassandra antea quasi induxerit, quam pleniore oratione ea explicaret? Cui inserendae aptum orationis hiatum animaduertes post u. 43. Frusta III — V ad disceptationem de aduena ad ludos admittendo in ipsa scena institutam puto pertinere. De uictore autem dictum Hartungus II 238 suspicatur uersu, quem habet Paulus Festi breuiator p. 369 M. (inc. nom. XII). Versui 57 poterant praecedere anapaesti a Charisio II p. 216 P. (inc. inc. fab. X) seruati, quos Astyanacti dedit Naekius Mus. Rhen. 1833 p. 486. Priamo Welckerus p. 467 recte adsignauit fr. II.

Proxime his testimoniis accedit, quod Scaliger perspexit *προλόγου* ex Euripidis Andromeda *εἰσβολήν* (I):

ὦ νὺξ ἱερά
ὡς μακρὸν ἵππευμα διώκεις
ἀστεροειδέα νῶτα διφρεύουσ'
αἰθέρος ἱερᾶς
τοῦ σεμνοτάτου δι' Ὀλύμπου,

hos igitur uersus ab Ennio in cognomini fabula redditos esse fr. I. Et possis etiam cum eis, quae Perseo Andromeda dicere traditur (IX):

ἄγου δέ μ', ὦ ξέν', εἴτε πρόσπολον θέλεις
εἴτ' ἄλοχον εἴτε δμωΐδα

conferre septenarium II. Contra alium ex Euripidis Andromeda uersum (XV):

ἀλλ' ἡδύ τοι σωθέντα μεμνῆσθαι πόνων

Latine uertit Cicero haec praefatus de fin. II 32, 105: 'uulgo enim dicitur: iucundi acti labores; nec male Euripides (concludam, si potero, Latine: Graecum enim hunc uersum nostis omnes): *suauis laborum est praeteritorum memoria.'* Itaque consentaneum est hoc

extremae fabulae loco ab auctore suo recessisse Ennium. Quae restant praeter pugnae cum ceto commissae descriptionem nihil produnt nisi filiae cum matre, ut uidetur, contestationem secundum fr. III, cui cum deinceps Priscianus ex 'eodem' uerba *Nerei natis* (inc. nom. XIV) adiungat, ea quoque in Andromedam licebit reuocare. Praeterea, quod unico Liuii uersu significatur diluuium, nescio an eis innuatur, quae ex Ennio Seruius in Ge. I 12 (inc. nom. XV) deprompsit. Ceterum Varro in ea satura, quae περὶ ἐξαγωγῆς inscripta est, Andromedae fabulam non leuiter tantum uidetur attigisse in his: *Andromeda uincta et proposita ceto non debuit patri suo, homini stupidissimo, in os spuere uitam?* (Non. 400, 10) quorum extrema baccheos sonant, sed indidem esse puto, quae ibidem p. 352, 23 extant: *quid puera rogasset et petasatus capite annuisset. Ac discedens numero uenire ait adulescentem*, ubi *puera* scripsi pro uulgato *puer*. Eidem denique inter Perseum et Andromedam diuerbio praefari uidentur, quae apud Non. 198, 1 (inc. nom. XVI) leguntur.

Ad Erechthei uersus priores, quos uel regem ipsum uel Praxitheam pronuntiasse animaduertit Columna, quadrant ex nobilissimo illo apud Euripidem matris sermone (XVII 50) uelut haec:

χρῆσθ', ὦ πολῖται, τοῖς ἐμοῖς λοχεύμασιν,
σώζεσθε, νικᾶτ'· ἀντὶ γὰρ ψυχῆς μιᾶς
οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐ τήνδ' ἐγὼ σώσω πόλιν.

Alterum autem fr. nescio an Erechthei, contra quam Welckerus p. 718 sentit, molliorem uxore animum prodat filiae caedem reformidantis. Cuius haesitantia quaedam apud Euripidem quoque cum uxoris prolixa illa oratione, inprimis u. 36: καὶ τὴν τεκοῦσαν καὶ σὲ δύο θ' ὁμοσπόρω Σώσει· τί τούτων οὐχὶ δέξασθαι καλόν; et u. 43 sqq. uidetur inpugnari:

ἐκεῖνο δ', οὗ τὸ πλεῖστον ἐν κοινῷ μέρος,
οὐκ ἔσθ' ἑκούσης τῆς ἐμῆς ψυχῆς, ἄνερ,
προγόνων παλαιὰ θέσμι' ὅστις ἐκβαλεῖ. *)

*) Neque enim quod ante Valckenarium uulgabatur: τῆς ἐμῆς ψυχῆς ἄτερ, hoc est interprete Meinekio in Ephem. Marb. 1846 p. 1088: 'con-

tum uero his indicatur (XVIII):

θετῶν δὲ παίδων ποῦ κράτος; τὰ φύντα γὰρ
κρείσσω νομίζειν τῶν δοκημάτων χρεών

quibus liberorum amorem opinionum uanitati et inanis gloriolae fallaciis utique praeferendum nec umquam adoptiuorum dubia fide aequari piaculum illud suadenti respondetur. Nec indignior Erechtheo quam Agamemnone illa in filia mactanda trepidatio. Itaque quae in Graeco exemplo (XVII) haec disputauit 14:

ἔπειτα τέκνα τοῦδ' ἕκατι τίκτομεν,
ὡς θεῶν τε βωμοὺς πατρίδα τε ῥυώμεθα

et 15: ἀλλ' ἐμοί γ' εἴη τέκνα,
ἃ καὶ μάχοιτο καὶ μετ' ἀνδράσιν πρέποι,
μὴ σχήματ' ἄλλως ἐν πόλει πεφυκότα

eadem patrem eis, quae Seruius in Aen. II 62 (inc. nom. XL) habet, meminisse iubet, ni fallor, quo consilio liberi a ciuibus debeant generari. Praeterea Chthonia non indigna extant apud Festum p. 301 (inc. nom. XLII) et apud Paulum p. 123 (inc. nom. XLIII): licet enim insciam filiam apud Euripidem inmolari recte statuerit Welckerus p. 721, Romani tamen generosissimae uirginis uirtuti studiosius fortasse plaudebant. Eleusis (inc. inc. fab. XXVI) prologo poterat commemorari, Eumolpi patria eis, quae Varro de L. L. V 14 (inc. nom. XVII) habet, genetricem denique Mineruam Erechtheus inuocare eis, quae in Censorini fragm. p. 95 Jahn. (inc. inc. fab. XXV) laudantur.

His satis commode adiungas Telephum, cuius interpretes extiterunt quattuor, Geelius (de Telepho Euripidis in Annal. Inst. Belg. 1830), Welckerus p. 477 sqq., Otto Jahnius (de Telepho et Troilo p. 19 sqq.), et qui Attianas quoque reliquias in idem restitutionis quasi ahenum congessit, Hartungus I 196 sqq. Et recte cum Geelio p. 9. 15 Welckerus prologum agenti Telepho fr. I, peroranti coram ducibus conl. Eur. VII:

μή μοι φθονήσητ', ἄνδρες Ἑλλήνων ἄκροι,
εἰ πτωχὸς ὢν τέτληκ' ἐν ἐσθλοῖσιν λέγειν

---

tra animi mei uoluntatem' sententiae satis facere uidetur, quae haec est: 'numquam, dum per me steterit, euertentur maiorum instituta.'

dedit fr. II. Septenarium uero III postea potius esse pronuntiatum praeter numeros uel quae Geelio quoque p. 11 displicebat repetita arguit squalidae stolae mentio. Iambis eadem explicauit Euripides his:

πτώχ' ἀμφίβληστρα σώματος λαβὼν ῥάκη
ἀρκτήρια ψυχῆς

quos e Diogen. epist. 5 in Notitia mss. t. 10, 2 p. 241 inter Telephi fragmenta a Boissonadio relatos post Dobraeum Meinekius in Ephem. Marb. 1843 p. 292 sic scriptos proposuit: πτώχ' ἀμφίβληστρα σ. λ ῥ. ἀρκτήρια ψύχους, cum in cod. legatur ἀμφίβλητα et ἀρκτήρια τύχης. Barbarum Vlixes fortasse animos placaturus miratur tantum inter Argiuorum proceres certamen potuisse incendere (VI), quod cum Euripidis his: κακῶς ὄλοιτ' οὖν· ἄξιον γὰρ Ἑλλάδι (XIII), Ἕλληνες ὄντες βαρβάροις δουλεύσομεν; (XVII) τί δ' ὦ τάλας; σὺ τῷδε πείθεσθαι θέλεις; (XV) ὥρα σε θυμοῦ κρείσσονα γνώμην ἔχειν (XXIV) — his igitur indicari perspexisset Jahnii p. 29 sagacitas, nescio cur quae eodem tendunt: ἴθ' ὅποι χρήζεις· οὐκ ἀπολοῦμαι Τῆς σῆς Ἑλένης οὕνεκα (XXII) et: Σπάρτην ἔλαχες· κείνην κόσμει, Τὰς δὲ Μυκήνας ἡμεῖς ἰδίᾳ (XXIII), ea de altero inter Atridas iurgio interpretatus sit, quo quid ad promouendam fabulam proficiatur non magis liquet, quam unde inter tesserarum hilaritatem quasi 'bene tempestate serena' fulmina illa inciderint. Eundem Vlixem Welckerus censet fr. VII significare, quid Graecis profuturus sit Telephi aduentus, et reditum cupientium ignauia reprehenditur uersu, quem minus recte fortasse Lucilii nomine apud Nonium p. 96, 3 legimus (inc. inc. fab. XIV). Quamquam quod semper teneri uelim, non quod fabulata est cum Ioue Iuno scire, sed quid potuerit fabulari, aliquatenus adfectamus imaginari. Promissis autem de salute sua factis Telephus et ipse diffidens postulare uidetur, ut coram Clytaemnestra ipse uel Agamemno uel Menelaus auxilium sibi spondeat (VIII). Et Agamemnoni belli gloriam prae liberorum uita repudianti Geelium censemus fr. V aptius tribuisse, quam Vlixi Welckerum Telephi, qui Mysium bellum excusauerit, facundiam refutanti. Nam belli causa et Iphigenia caesa et Orestes tunc in periculo erat. Incertum relinquitur, utrum sese ipse tamquam inimicum execretur Telephus fr. IV, quod conl. Eur. XVI: κακῶς ἔχοιμι,

Τηλέφῳ δ' ἀγὼ φρονῶ statuit Welckerus, an uelut Achillem de aduena haec eiecisse probabilius coniecerit Geelius p. 26 conl. Eur. XIII: *κακῶς ὄλοιτ' οὖν· ἄξιον γὰρ Ἑλλάδι*, quae ut omnino huc possint quadrare, scribendum est cum Jahnio *οὖν* pro uulgato *ἄν*. Ex *ἀδεσπότων* farragine ad fratrum altercationem trahi possunt Agamemnonis uerba et quae Censorinus fragm. p. 95 Jahn. (inc. inc. fab. XVI) et quae Seneca epist. 80 (inc. inc. fab. XV) habet, eiusdem autem in Telephi, qui Orestem arripuerat, audacia stuporem intellegi conieceris a Cicerone de orat. III 26, 102 (inc. inc. fab. XVII). Quaeque uersibus a Varrone de L. L. VII 89 (inc. nom. XXVIII) et a Cicerone de off. I 16, 51 (inc. nom. XXIX) laudatis innuitur uia monstranda; in eam, ni fallor, Graecos Telephus poterat deducere.

Sola argumentorum quadam aequalitate inducti **Phoenicem** et Melanippam ex Euripidis auctoritate repetunt. Phthiae enim pellicis insidias tam Ennianae quam Euripideae fabulae argumentum fuisse demonstrauit Valckenarius in Diatribes egregio capite XXIV. Qui quae in eandem Phoenicis orationem coniecit II III VI VII amicorum, qui siue uindictam siue, quod praetulit Welckerus p. 807, praesidium iniusto parandum suaserint, consilia repudiantis, ex eis duo priora ad matris quoque dolos et fallacias, quas recuset filii ingenuitas, possunt referri. Fragmento contra VI ei fortasse respondebatur, qui Amyntoris atrocitatem reprehenderat fr. V, cuius frustulum quoddam habes, si recte conieci fr. IV Phoenicis innocentiam probantis argumenta contemptim patrem excipere tamquam argutias. Argutius autem Hartungus I 76 sanati a Chirone testimonium adfirmauit exhiberi fr. VIII. Alterum paternae irae documentum intellexit Bergkius Mus. Rhen. 1835 p. 73 eo uersu extare, quo Cicero Orat. 46, 155 (inc. nom. XXVI) utitur, conl. Hom. Iliad. IX 455: *μή ποτε γούνασιν οἷσιν ἐφέσσεσθαι φίλον υἱόν Ἐξ ἐμέθεν γεγαῶτα.* Praeterea pro Phoenicis querellis nescio an habenda sint, quae Charisius IV p. 250 P. habet (inc. inc. fab. CXVII), uerecundiae autem adulescentis facile uidetur conuenire posse, quam idem V p. 254 P. (inc. inc. fab. CXV) proponit, apoclisis.

Melanippam eandem esse, quam philosophantem Euripides inscripserit, recte, quantum ad argumentum spectat, animaduertit

Bergkius Mus. Rhen. 1835 p. 72. Nam portentum infantes in stabulo repertos fr. I, ideoque ad placandum deorum animum (III) cremandos esse Aeolo declarat Hellen fr. II. Quibus tamen indiciis idem conclusit, uinctam quoque Melanippam Latium translatam uideri, — nam custodia liberatam (V) oculorum acie recuperata solis splendorem admirari fr. IV, — ea huic quoque fabulae posse accommodari monuit Welckerus p. 850. Et potest sane fr. IV ex eis esse, quibus philosophiam suam Melanippa exposuit, nisi uel chori carmen cum Hartungo I 121 uel cuiusuis rei similitudinem aliquam cum Welckero putandum est significari: uerba autem V qui de carcere effringendo utique contenderit intellegenda esse, quid ni de Neptuni uelut promisso quodam interpretatur? ne Naeuii cotem proferam, quam in monstrorum exemplis enumeratam fuisse existimat Welckerus. Ceterum sapientiam suam, quam ceteri fortasse detestabantur, Melanippa tueri poterat eis quae Cicero de nat. deor. II 25, 65 (inc. nom. XXXIV) habet. Nam quod Meropen Hartungus II 53 Polyphonti statuit mala a Luce uel Caelo inprecari, nec poterat umquam dici: 'cui execrabor deos' pro: 'deorum iram inprecabor', nec quae deos negaret philosopha aequabilem et inperturbatam naturae uim apte in auxilium uocabat. De hac fabula praeterea nota sunt, quae Cicero de off. I 31, 114 scripsit: 'suum quisque igitur noscat ingenium . . . ne scenici plus quam nos uideantur habere prudentiae. Illi enim non optimas, sed sibi accommodatissimas fabulas eligunt: qui uoce freti sunt, *Epigonos Medumque*, qui gestu, *Melanippam, Clytaemnestram.*'

Et haec sunt, quae Euripidi possint accepta referri. At C r e s p h o n t e m ex eodem expressam esse adfirmantem caue ne nimis credulis auribus excipias. Nam et Lucilius apud Gellium VII 3 Euripideum quoddam in Cresphonte artificium uituperasse narratur ne commemorato quidem Latino interprete, et Cicero Tusc. disp. I 48, 115 quinque ex illa uersus ipse transtulit, quorum Graecum exemplar adhuc extat (XIII). Vertit autem studiosissimus ille patriorum poetarum amator Graecorum uerba non nisi ubi d e f e c e r u n t Romani (Tusc. disp. II 11, 26). Ergo aut recessisse duobus illis locis ab exemplo suo Ennium Welckerus p. 828 sqq. debebat confiteri aut prorsus diuersam fabulam nostro obuersatam esse. Quae suspi-

tio reliquiarum quoque significationibus non nihil firmatur. Altercationem enim inter Cypselum et Meropen de Cresphonte relinquendo nostrum poetam finxisse apparet fr. III, ubi Polyphontis nomen pro Cresphonte tum demum iure Welckerus p. 837 substituisset, si uel Euripidem uel Euripideum saltem argumentum Eunium adhibuisse demonstrasset. Sed ne umbrae quidem ista cantilena (VI), qua amicorum cum inimicis simulatam conspirationem tamquam ueram et infaustam lamentatus sit Cresphontes, mortuum esse Meropes maritum probauit uir clarissimus. Quae enim, obsecro, querella illa 'dubia causa' adferretur ad quodnam 'dubium' demonstrandum, quoue 'exemplo' uteretur Cresphontes 'pro iure suo'? Ni mirum regium ius defendit contra inimicum seditiosum, cui pacem suasurus est exemplo usus deorum, quippe qui et ipsi inter se semper concordes sint et conciliati. Quibus indiciis ceteras quoque reliquias accommodare prudentius uidetur, quam si quis Hartungo II 42 sqq. et 47 auctore inter duas diuersas fabulas, Temenidas scilicet et Cresphontem, haec frusta dispergere in animum induxerit. Itaque eidem conloquio adsignamus fr. II—IV: cautionem suadenti respondere uidetur fr. V, qui uitam ipsam, ut Cresphontem perdat, periclitaturus sit: fr. VII sacrae poterant caerimoniae describi, inter quas fortasse Cresphonti caedes inlata erat, quam in exitu fabulae lamentatur Merope fr. VIII, a Polyphonte, credo, in coniugium coacta, antequam iustas marito exequias potuerat celebrare. Denique ad Peloponnesi inter Heraclidas sortitionem uideri fr. I spectare iam Valckenarius Diatr. in Eur. p. 187 coniecit conlatis Eur. Cresph. I—VII. Quae si recte ad hanc fabulam rettulerunt, non tamen necessario Cresphontis umbram potissimum illa in prologo narrasse persuasit Welckerus p. 830. Quid ni enim ipsa Merope rerum statum potuerit exponere? ne Schwenckii (Mus. Rhen. 1843 p. 456), qui minus apte filium Cresphontem ab infantia exulem tam rerum domesticarum gnarum finxit, opinioni patrocinemur. Cum uero ne potuerit quidem haec (XVI): *εἰ μὲν γὰρ οἰκεῖ νερτέρας ὑπὸ χθονός Ἐν τοῖσιν οὐκέτ' οὖσιν, οὐδὲν ἂν σθένοι*, umbra Cresphontis pronuntiare (debuit enim profecto scire, num apud inferos habitaret Hercules), tritagonistae autem partes Cresphonti in qua fabula tributae fuerint, Demosthenis (de cor. 55 p. 289 R.) in Aeschinem dicto non

appareat: consequitur ut tota Welckeri de illis partibus sententia conlabefiat. Itaque non hinc fabulae titulo, qui Lessingio offensioni fuit, sed inde explicatio paranda erit, quod qui Telephontes Hygino, Euripidi et Cyziceni epigrammatis (Jacobs. Anthol. XIII p. 624) auctori Cresphontes uocabatur. Quod recte animaduertit Schwenckius l. l. (cf. Wagnerus Eur. fr. p. 232), qui ficto Telephontis nomine Cresphontem primo prodisse satis probabiliter statuit. Meropes personam commode Langius Vind. p. 47 suspicatur apud Quintilianum XI 3, 73 commemorari: 'in eis, quae ad scenam componuntur, fabulis artifices pronuntiandi a personis quoque adfectus mutuantur: *ut sit Merope in tragoedia tristis, atrox Medea, attonitus Aiax, truculentus Hercules*' e. q. s. Vbi E r o p e Voss. c E u r o p a e Guelf. A e r o p e Tur. Flor. Ambr. b. Alm. Bern. praestant, Campaniana autem N i o b a e dedit, unde in editionibus uulgatur N i o b e.

T h y e s t e m nouissimam esse ex Ennii fabulis narrat Cicero Brut. 20, 78: *C. Sulpicio Gallo praetore ludos Apollini faciente cum Thyesten fabulam docuisset, Q. Marcio Cn. Seruilio consulibus* (a. 585 u. c.) *mortem obiit Ennius.* Qui tamen, ut familiaritatis cuiusdam cum Graeco poeta constantiam firmarent, fr. VII sibi persuaserunt ex illis Euripideis (inc. fab. I): *ὁρᾷς τὸν ὕψου τόνδ' ἄπειρον αἰθέρα Καὶ γῆν πέριξ ἔχονθ' ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις; Τοῦτον νόμιζε Ζῆνα, τόνδ' ἡγοῦ θεόν*, ortum esse, uix animaduerterunt; quod eodem loco (de nat. deor. II 25, 65) et Ennii uersum Cicero attulit et Euripidis deinceps doctrinam ex Graecis ipse conuertit. Ceterum cenam Thyesteam, quam ab Ennio repraesentatam consentit cum Welckero p. 676 Hartungus I 170, satis indicant 'preces' (Hor. Epod. 5, 86 Schol.) illae 'inanes' (XI), quas qui propter Ciceronis fastidium Attio quam Ennio digniores iudicauerit cum Ladewico Anal. scen. p. 39, is uereor ne Andromachae quoque inprudentiam ('uidi, uidere' e. q. s. apud Cic. Tusc. I 44, 105 Enn. Andromach. XII) sapienti poetae surrepturus sit. Nec adeo ab argumento illo abhorrent ceterae reliquiae, ac uidentur uiro doctissimo; qui quoniam difficillimum sit quicquam de eis statuere, inde non dubitat, quin Hyginus fab. 88 sua de Pelopia, Aegistho, Thesproto ex Ennii Thyeste hauserit. Nobis dubitandum saltem uidetur, utrum uerum sit. Nam quo referri possit fr. I, certum oraculum habemus

sane illud de Thyestis ultore ex ipso et Pelopia nato: quamquam quid ni cogitari possit aliqua ambigua Apollinis uoce agni aurei furem rursus in fratris regiam clam Atreo (quo spectat etiam Carcini illa ἀναγνώρισις Arist. Poet. 16 cf. Welckerus p. 1060 et fr. IV) deductum nouas ei insidias moliri? (V) Quodsi ignotus in patriam rediit Thyestes, uide an eum Cicero Tusc. disp. III 19, 44 (inc. nom. XXX) intellexerit: certe eiusdem uerbis (inc. inc. fab. LVII) paulo post III 12, 26 utitur, quibus illa praeire poterant. Si autem similia cum Attianis illis: 'oderint dum metuant' disputauit Ennii Atreus, ex altera parte opponi poterant, quae Cicero de off. II 7, 23 (inc. nom. XXXVII) laudat. Praeterea ut fractam fidem apud illum Thyestes (XV) conqueritur, Fidem et Iouem ὅρκιον inuocare poterat eis quae idem Cicero de off. III 29, 104 (inc. nom. XXXVIII) habet. Nec uideo ubi aptius quam in hac fabula de periculosa regni societate dici potuerint, quae in eodem libro I 8, 26 (inc. nom. XXXIX) adferuntur. Versus IV Varroni in animo erat haec scribenti (Non. 336, 31):

Quemnám te esse dícam, ferá qui manú
Córporis féruidos fóntium aperis
Lacús sanguinís teque uitá leuás ferreo énsi?

quae minus eleganter bacchiaco systemate continuauit Hermannus Elem. p. 303.

De Alcmaeonis, uel Alcumaeonis rectius, argumento nihil apparet, nisi exulem et a Furiis exagitatum Alcmaeonem uirginis fidem inplorare. Quae cum uix potuerit Tisiphona esse, cuius in morbo depellendo ministerium quantum ualeret, pater iamiam expertus erat, non recte uidetur Hartungus II 536 ad Corinthium Euripidis Alcmaeonem nostras reliquias rettulisse. Quod autem de 'uiro bono' Alcmaeone Ladewicus disseruit Anal. scen. p. 29, quid sit, diiudicabit, qui Ciceronis de fin. IV 23, 62 uerba, non literas tantum perlegerit. Itaque probabilius cum Welckero p. 578 Otto Jahnius (de Telepho et Troilo p. 29) statuisse uidetur Arsinoen fr. III inplorari, idemque ab Ennio argumentum, h. e. exulis a Phegeo excepti sanationem, tractatum esse, quod narrat Apollodorus III 7, 5. Quamquam Euripidem quidem uix ille secutus fuerit, cuius quae

Ἀλκμαίων διὰ Ψηφῖδος nominatur fabulam caedem potius quam nuptias Alcmaeonis repraesentasse concedendum erit Schoellio Symb. p. 132 et Hartungo I 187 sqq. Furias ipsas in scena comparuisse non inepte conicias. Certe de eiusmodi spectaculo tamquam Romanis consolito plus semel loquitur Cicero, uelut pro Rosc. Am. 24, 67: 'nolite enim putare, quem admodum *in fabulis saepenumero uidetis, eos qui aliquid inpie scelerateque commiserint, agitari et perterreri Furiarum taedis ardentibus*' et in Pison. 20, 46: 'nolite enim putare, patres conscripti, ut in scena uidetis, homines consceleratos inpulsu deorum terreri Furiarum taedis ardentibus. Sua quemque fraus, suum facinus, suum scelus, sua audacia de sanitate ac mente deturbat: hae sunt inpiorum furiae, hae flammae, hae faces. Ego te non uecordem, non furiosum, non mente captum, non *tragico illo Oreste aut Athamante dementiorem* putem, qui sis ausus primum facere' e. q. s. Matrem Alcmaeo fortasse commemorabat eo uersu, quem ex Rutilio Lupo I 12 (inc. nom. XLVI) praeclare elicuit Meinekius: similia certe et in Epigonis Sophoclis conuitia sunt: *κάκιον ἄλλ' οὐκ ἔστιν οὐδ' ἔσται ποτὲ Γυναικός* (195) et in Theodectae Alcmaeone: *σαφὴς μὲν ἐν βροτοῖσιν ὑμνεῖται λόγος, Ὡς οὐδέν ἐστιν ἀθλιώτερον φυτόν Γυναικός* (Porphyr. ap. Euseb. Praep. euang. X 3 p. 466 d). Quamquam et Phthia in Phoenice eundem titulum sibi arrogat Euripide auctore: *γυνὴ τε πάντων ἀγριώτατον κακόν* (XI) et Melanippa, de qua haec apud eundem: *τῆς μὲν κακῆς κάκιον οὐδὲν γίγνεται Γυναικός* (XIV), *ἄλγιστόν ἐστι θῆλυ μισηθὲν γένος* (XVIII cf. XIX), et Hecuba, a qua oculis priuatus Polymestor 1178 omnia his comprehendit: *εἴ τις γυναῖκας τῶν πρὶν εἴρηκεν κακῶς, Ἢ νῦν λέγων τίς ἐστιν, ἢ μέλλει λέγειν, Ἅπαντα ταῦτα συντεμὼν ἐγὼ φράσω· Γένος γὰρ οὔτε πόντος οὔτε γῆ τρέφει Τοιόνδ'· ὁ δ' ἀεὶ ξυντυχὼν ἐπίσταται.* Ne dicam de simillimis statim ab ipso Meinekio (cf. Hist. crit. com. p. 509) adlatis exemplis Carcini ex Semela (Athen. XIII 559 f): *ὦ Ζεῦ, τί χρὴ γυναῖκας ἐξειπεῖν κακόν; Ἀρκοῦν ἂν εἴη, κἂν γυναῖκ' εἴπῃς μόνον* et Euripidis in Stheneboea (Bell. XII): *ὦ παγκακίστη καὶ γυνή· τί γὰρ λέγων Μεῖζόν σε τοῦδ' ὄνειδος ἐξείποι τις ἄν*; quem locum iam Ruhnkenius Latinis adposuit.

Aeschyli flammeos uersus quatenus Ennio contigerit popularibus propinare, utinam distinctius nunc liceret perscrutari! Quae nobis restant minuta Eumenidum quasi semina unde orta sint, facile apparet. Nam fr. I Bothius intellexit haec expressa esse Aeschyli 276:

ἐγὼ διδαχθεὶς ἐν κακοῖς ἐπίσταμαι
πολλοὺς καθαρμοὺς καὶ λέγειν ὅπου δίκη
σιγᾶν θ' ὁμοίως· ἐν δὲ τῷδε πράγματι
φωνεῖν ἐτάχθην πρὸς σοφοῦ διδασκάλου.

Cum fr. II recte contulit Scaliger Coni. p. 121 u. 463:

ἔκτεινα τὴν τεκοῦσαν, οὐκ ἀρνήσομαι,
ἀντικτόνοις ποιναῖσι φιλτάτου πατρός·
καὶ τῶνδε κοινῇ Λοξίας ἐπαίτιος,
ἄλγη προφωνῶν ἀντίκεντρα καρδίᾳ,
εἰ μή τι τῶνδ' ἔρξαιμι τοὺς ἐπαιτίους.

Apollinis est fr. III siue exordientis orationem (cf. Aesch. 614) siue patrem prae matre aestimandum esse demonstraturi (Aesch. 657). Contra uersu 741: νικᾷ δ' Ὀρέστης, κἂν ἰσόψηφος κριθῇ melius quadrat ad fr. IV u. 752:

ἀνὴρ ὅδ' ἐκπέφευγεν αἵματος δίκην,

et quae sequuntur apud Aeschylum:

ἴσον γάρ ἐστι τἀρίθμημα τῶν πάλων,

ea prius uidetur Ennius exposuisse, si recte huc referuntur, quae Varro habet de L. L. VII 19 (inc. nom. XVIII). Iure porro inseruntur huius fabulae reliquiis illi quoque uersus, quos laudauit Cicero Tusc. disp. I 28, 69 (inc. inc. fab. LXXII); manifesto enim orti sunt ex Aeschyleis 903:

ὁποῖα νείκης μὴ κακῆς ἐπίσκοπα,
καὶ ταῦτα γῆθεν ἔκ τε ποντίας δρόσου
ἐξ οὐρανοῦ τε κἀνέμων ἀήματα
εὐηλίως πνέοντ' ἐπιστείχειν χθόνα·
καρπόν τε γαίας καὶ βοτῶν ἐπίρρυτον
ἀστοῖσιν εὐθενοῦντα μὴ κάμνειν χρόνῳ,
καὶ τῶν βροτείων σπερμάτων σωτηρίαν.

Antea Noctem Eumenides inuocauerant et his: μᾶτερ, ἅ μ' ἔτικτες, ὦ μᾶτερ Νύξ, ἀλαοῖσι καὶ δεδορκόσιν e. q. s. (321) et postea 844: θῦμον ἄϊε, μᾶτερ Νύξ, unde audeo Ennio reddere, quae Paulus Festi p. 83 M. habet (inc. inc. fab. LXXI). Quae denique Pythium apud Ennium Apollinem profiteri dicit Cicero de orat. I 45, 199 (inc. nom. XIX), eis nisi conl. u. 29 sqq. in prologo locum fuisse sumpseris, uel uersus 576:

καὶ μαρτυρήσων ἦλθον· ἔστι γὰρ νόμῳ
ἱκέτης ὅδ' ἀνὴρ καὶ δόμων ἐφέστιος
ἐμῶν· φόνου δὲ τοῦδ' ἐγὼ καθάρσιος·
καὶ ξυνδικήσων αὐτός

amplificari potuisse concedes uel probabilius 614:

λέξω πρὸς ὑμᾶς τόνδ' Ἀθηναίας μέγαν
θεσμὸν δικαίως, μάντις ὢν δ' οὐ ψεύσομαι.
οὐπώποτ' εἶπον μαντικοῖσιν ἐν θρόνοις,
οὐκ ἀνδρός, οὐ γυναικός, οὐ πόλεως πέρι,
ὃ μὴ κελεύσαι Ζεὺς Ὀλυμπίων πατήρ.

In Aiace quod exemplum Ennius secutus sit non inde efficitur, quod aliqua inter duos hos uersus et Sophocleos quosdam intercedit similitudo. Nam priorem sane non inepte conferas cum Vlixis uerbis 1340:

οὐκ ἀντατιμάσαιμ' ἄν, ὥστε μὴ λέγειν
ἕν' ἄνδρ' ἰδεῖν ἄριστον Ἀργείων, ὅσοι
Τροίαν ἀφικόμεσθα, πλὴν Ἀχιλλέως·

ad alterum autem magis quadrant 1411:

ἔτι γὰρ θερμαὶ
σύριγγες ἄνω φυσῶσι μέλαν
μένος

comparata a Scaligero, quam quae Hermannus reddita dicit Tecmessae 918:

φυσῶντ' ἄνω πρὸς ῥῖνας ἔκ τε φοινίας
πληγῆς μελανθὲν αἷμ' ἀπ' οἰκείας σφαγῆς.

Quid? quod audacius progrediendo suspicari possis, quae de nocturno Aiacis exitu Tecmessa narrat 285:

κεῖνος γὰρ ἄκρας νυκτός, ἡνίχ' ἕσπεροι
λαμπτῆρες οὐκέτ' ᾖθον, ἄμφηκες λαβὼν
ἐμαίετ' ἔγχος ἐξόδους ἕρπειν κενάς·

ea Ennium ita exornasse, ut loquentem induxerit Aiacem Tecmessa uerbis a Varrone de L. L. VI 6 (inc. nom. X) seruatis. Quod tamen P. Syri uersus 876 Or.: *suauissima haec est uita, si sapias nihil: Nam sapere nil doloris expers est malum* conl. 350: *in nil sapiendo uita est iucundissima*, tamquam ortos ex Sophocleis his 550: ἐν τῷ φρονεῖν γὰρ μηδὲν ἥδιστος βίος Ennio restituendos coniecit Spengelius ad Caecilium p. 8, uereor ne uel scholasticis argutiis uel senescentis Musae flosculis antiquae simplicitatis uigorem eneruarit. At ingeniose Ladewicus p. 22 Alcesimarchum in Cistellaria III 10 animaduertit Aeschyleum Aiacem his imitari: *utrum hacin feriam an ab laeua latus?* Quae potest sane Ennius scripsisse, etsi quam idem inter Plautina: *recipe me ad te, Mors, amicum et beneuolum* et Sophoclea 854: ὦ Θάνατε, Θάνατε, νῦν μ' ἐπισκέψαι μολὼν interesse dicit similitudini uix equidem nimium tribuerim. Quodsi Sophoclis auctoritati non totus in hac fabula Ennius inhaerebat, possint ad Achillis arma Vlixi addicta referri, quae Festus habet p. 329 M. (inc. nom. XI). Nihil de auctore adfirmari potest eorum, quae Cicero de orat. III 40, 162 (inc. inc. fab. XXIX) adfert, quamquam quin Aiaci uindictam paranti recte tribuerit Ladewicus p. 21, ne potest quidem dubitari.

Num quae ex A c h i l l e A r i s t a r c h i in Poenuli prologo et apud Festum p. 242 proferuntur, quaeque solo A c h i l l i s nomine ceteris locis laudantur, eidem omnia Ennii fabulae tribuenda sint, incertissimum est. Nam primum si una tantum eius tituli tragoedia extitit, quin Ennii potius quam Aristarchi Achillem commentari libuit prologi illius scriptori? Qui si ab alia quadam alius poetae Latina fabula cognomini, quae aliunde petita fuerit, Ennianam discernere uoluit, quae Bergkii (Ind. lect. Marb. 1844 p. XI) est sententia, an ad auditorum intellectum magis accommodatum erat, Graeci auctoris quam patrii poetae nomen proferri? Neque enim usu satis comprobatur, quod idem uir praeclarissimus statuit, solitas esse co-

gnomine aliquo diuersorum poetarum eiusdem nominis fabulas distingui. Certe Ennii Medea exul distinguitur ab eiusdem Medea Atheniensi, Andromacham unam solam nouimus, Liuii Ennii Attii Andromedae, Ennii et Attii Telephi et Alcumaeones, Pacuuii et Attii Armorum iudicia nullo, quantum scimus, cognomine discernuntur, ne dicam de Hermiona Liuii et Pacuuii, de Aiace Liuii et Ennii, de Liuii et Attii Tereis, de Iphigenia Naeuii et Ennii. Cur denique Festus nostram fabulam sic laudauit: 'Ennius in Achille Aristarchi', cum alterius utrius poëtae nomen sufficeret secundum Bergkium? Qui quod ex Rudente Plauti I 1, 4: 'non ueutus fuit, uerum Alcumena Euripidi: Ita omnis de tecto deturbauit tegulas', duas Alcumenas ex diuersis exemplis expressas, quarum neutra aliunde cognita est, elicuit, debebat certe explicare, quid ni Graecae fabulae cognitionem popularibus suis eodem iure poeta potuerit inputare, quo doctrinam de Ennianae tragoediae Graeco auctore ex didascaliis curiose haustam eis inputauerit. Ceterum de *Λικυμνίοις βολαῖς* Plautum cogitasse mihi probabile reddidit Hartungus I 535.

Sed uideamus quid ceteris uersibus ex Achille simpliciter citatis significetur. Nam quae scholiasta Gronou. in Cic. pro Rosc. Am. 32, 90 ex Ennio (inc. nom. I) sumpta narrat, eo tempore, cum propter Briseida cum Graecis Achilles pugnare noluerit cumque Hector classem eorum incenderit, Vlixem in pugna uulneratum ad Achillem uenisse ibique ab Aiace cur fugisset interrogatum, ut celaret dedecus, respondisse: *quis ibi non est uulneratus ferro Frugio:* ea ad Achillem suam referre uiri docti minime dubitarunt, quamquam non exempta omni dubitandi materia. Itemque ex Ennii fabula esse, quod de Eurypylo saucio et medicum apud Patricolem requirente Cicero Tusc. disp. II 16, 38 (inc. nom. II) exhibuit, et satis demonstrauit Bergkius ex eiusdem in Orat. 46, 155 uerbis et poterat altero argumento comprobare, quod ex longa genetiui *Hectoris* paenultima conl. Varr. de L. L. X 70 petendum est, tam illo graui, ut mirer Lachmannum in Lucr. I 778 haec potuisse scribere: 'Attius qui uidetur doctissimis, *Eum scire oportet.*' Qui enim auctor eius sententiae est, G. Hermannus in Opusc. V 142 rationes tacuit. Poterat autem Eurypyli esse septenarius IV. Itaque apud Achillis naues scenae

illae agebantur, quando quidem temere Orellius scholiastae uerba *ad Achillem* mutauit: *ad Aiacem*, nec probabilius pro *Vlixe* Bergkius *Eurypyli* nomen substituendum proposuit, cuius constantia admirabilis quomodo tandem dedecus potest appellari? Nec id recte fecisse Bergkium, quod legendum censuit *ab Achille* pro scholiastae uerbis *ab Aiace*, suspicari possis propter eos uersus, quibus inritas legatorum, quos ad Achillem Agamemno miserat, preces significari perspexit Welckerus p. 933. Nisi enim forte Phoenici suasit Achilles fr. III, quae apud Homerum IX 427 leguntur: *Φοῖνιξ δ' αὖθι παρ' ἄμμι μένων κατακοιμηθήτω*, Aiacem potius repulsae inpatientem Phoenix eis uidetur coercere. Nam Phoenicis praecepta manifesta sunt VII. Idemque poterat fr. I Achillem cohortari. Nam qui similia apud Homerum IX 251 loquitur: *φράζευ ὅπως Δαναοῖσιν ἀλεξήσεις κακὸν ἦμαρ*, Vlixes non erat inter legatos, si quidem postea demum ad Achillem confugit. Deorum uero, qui ipsum muri praesidium suo interuentu destruxerint, inuidiam conqueri poterat Aiax fr. V, ut turbati nescio quo modo in textu uersus hoc potius ordine uideantur disponendi: V III II VII I IV VI. Achillis autem Homerici prorsus mores sunt. Cui enim, ubi legit quae Nonius 129, 16 et Gellius XIX 8 (inc. nom. III) adferunt, non in mentem ueniunt illa IX 312: *ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς Ἀίδαο πύλῃσιν, Ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθῃ ἐνὶ φρεσίν, ἄλλο δὲ εἴπῃ*? Itaque constantiam suam iure iurando offirmat fr. II. Eidem praeterea uide an et pacis, qua in patriam reuersus fruiturus sit, mentio conueniat, sic ni mirum Festo p. 360 (inc. nom. IV) expleto: *Ennius [Ach]ille: meae tam* e. q. s. et Hectoreae uirtutis uersu ibidem p. 198 (inc. nom. V) extante laudes, quibus haec respondent 351: *ἀλλ' οὐδ' ὣς δύναται σθένος Ἕκτορος ἀνδροφόνοιο Ἴσχειν.*

Inter eos igitur legatos si fuerat Aiax, poterat poeta Homeri auctoritate spreta illum etiam morari apud Achillem fingere, cum conserto interim proelio uulneratus Vlixes ad Achillis tentorium confugeret. Nec id inperite institutum erat, quod Achiuorum fortissimos deinceps ex pugna reduces induxit, quorum de hostium atrocitate narrationes apte dispositae et legatorum praeclare confirmabant perturbationem et ad Achillis pertinaciam leniendam optime conferebant. Neque enim dubito quin Patrocleam in exitu huius fabulae

inseruerit Ennius: quamquam reliquiis eis, quae ad pugnam spectant, demonstrari nequit. Quid enim efficias uel eo uersu, qui apud Nonium 205, 28 (inc. nom. VI) legitur, quocum comparari possunt Homerica XIII 334:

ὡς δ' ὅθ' ὑπὸ λιγέων ἀνέμων σπέρχωσιν ἄελλαι
ἤματι τῷ ὅτε τε πλείστη κόνις ἀμφὶ κελεύθους,
οἵ τ' ἄμυδις κονίης μεγάλην ἱστᾶσιν ὁμίχλην,
ὣς ἄρα τῶν ὁμόσ' ἦλθε μάχη κ. τ. λ.

uel hemistichio, quo Cicero (VI) usus est? Longum est Homericos locos, quorum aliqua cum eo similitudo est, describere: possis autem uelut de his cogitare: XII 287 XIII 800 XIV 394 XVI 384. Certior sedes eorum est, quae apud Ciceronem Orat. 48, 160 (inc. nom. VII) extant: portas enim muri ab hostibus effractas significant (XII 460: *μέγα δ' ἀμφὶ πύλαι μύκον*). Et hic poterat 'crispisulcans', quod in Aiacis nauem coniectum sit, 'fulmen' (inc. inc. fab. XXI) commemorari, nisi potius in Armorum iudicio Aiax ipse de Doricae classis incendio (inc. inc. fab. XXXII) disserens his uerbis usus est.

Sed haec in ariolando posita sunt. Confidentius nunc eos uersus, quibus in contione 'praeconem' primo 'inperator', deinde 'populum' praeco euocat, negamus in Myrmidonum consilio tam apte potuisse pronuntiari, quam in omnium Graecorum conuentu celeberrimo. Quem cum in Achille nostra fingi uetent scenae rationes, nescio an ea potius contio intellegenda sit, qua de reddenda Chryseide initio Iliadis agitur, Aristarchea autem illa Ennii fabula, ut Sophoclis Aechmalotides, de quibus satis probabiliter Schoellius p. 231 (cf. Bergkius Ind. lect. Marb. hib. 1843 p. III sqq.) uidetur disputasse, Achillis *μῆνιν* primo Homeri libro narratam, quaeque inde passi sunt Achaei, continuerit. Quod cui persuaserit Schoellius p. 486, is uerba a Festo p. 242 (II) laudata poterit uel de Alexandri et Menelaï uel de Hectoris et Aiacis certamine intellegere: et de Aiace Homerus quoque VII 219: *Αἴας δ' ἐγγύθεν ἦλθε φέρων σάκος ἠύτε πύργον* et 224: *τὸ πρόσθε στέρνοιο φέρων Τελαμώνιος Αἴας Στῆ.* Neque enim 'ante *se* protento clypeo', quae Festi est interpretatio, sed praetendens 'clypei molem' Vlixi pauentem texit Aiax, quem uindicem Laertiadae describi coniecit Bergkius.

Sed quod supra dixi, quam scholiasta Gronouianus fabulam innuerit, non omni dubitatione exemptam esse, cum in Hectoris Lustris Vlixis fuga ut grauissimum pugnandi incitamentum a Patricole Achilli proponi uideatur (I): possis totam illam scenam huc transferre, quod cui placuerit, paulo fortasse lubentius Bergkio astipulabitur *Achillem* substituenti pro *Aiace*. Certe quae de Hectoris in pugnam euntis uiolentia dicuntur fr. II, melius initio diei referebantur quam inclinante iam Troianorum fortuna, et de ancipiti uictoria Patricolem, uel qui eius corpus defenderent, potius quam Achillem cum Troianis certare fr. V significatur. Nam id quidem aliis quoque indiciis arguitur, Patricolem in exordio huius fabulae etiam uiuum fingi, quippe quem clementior in proelium proficiscentem dei pro Graecorum salute inuocatio (III) multo magis deceat quam trucem et inmitem Achillem. Tristi autem de caede Patricolis nuntio magna praeiuit inter Myrmidones perturbatio, quorum clamore excitus Achilles pronuntiabat fr. IV. Iam sequitur nuntii, Antilochi forsan, expositio. Et cum fr. VI conferenda sunt XVI 790: *ἠέρι γὰρ πολλῇ κεκαλυμμένος ἀντεβόλησεν* et 805: *τὸν δ' ἄτη φρένας εἷλε, λύθεν δ' ὑπὸ φαίδιμα γυῖα* et 822: *δούπησεν δὲ πεσών*. Eodemque fortasse cum Schoellio p. 382 trahenda, quae Varro de L. L. VII 93 (inc. nom. VIII) habet conl. XVI 803: *αὐτὰρ ἀπ' ὤμων Ἀσπὶς σὺν τελαμῶνι χαμαὶ πέσε τερμιόεσσα*, ita quidem ut *hehae* uocula Achilli tribuatur nuntii narrationem stupore interrumpenti. Relata Patricolis morte de armis agitur, quibus indutus ulciscatur amicum Achilles. Quae quo modo ei parata sint nescimus: sed uel inter Myrmidones uel inter ipsos Achiuorum proceres certamen innuitur fr. VII, fortissimo quoque, ne ignauiae crimen incurrat, sua sibi arma retinente. Iam uero in memoriam redeunt quae Epidicus I 1, 32 iocatur: *Mulciber, credo, arma fecit, quae habuit Strathippocles: Trauolauerunt ad hostis: tam ille prognatus Theti Etsi perdat, alia ei adportabunt Nerei filiae*, quae qui ex Hectoris Lustris sumpta sibi persuaderi a Ladewico p. 11 passus fuerit, is habebit, quo Aeschyli Nereides Ennio obuersatas fuisse sibi reddat credibile. Tandem igitur quoquo modo inpetratis irae instrumentis in pugnam profecturus Achilles gloriatur fr. VIII. De qua dicitur fr. IX et X, cui respondent Homeri haec XXI 324:

ἢ, καὶ ἐπῶρτ' Ἀχιλῆι κυκώμενος, ὑψόσε θύων,
μορμύρων ἀφρῷ τε καὶ αἵματι καὶ νεκύεσσιν.
πορφύρεον δ' ἄρα κῦμα διιπετέος ποταμοῖο
ἵστατ' ἀειρόμενον κ. τ. λ.

Diuini Achillis equi celebrantur fr. XI. Occiso Hectore Patricolis umbram Achilli apparuisse suspicor propter fr. XII conl. XXIII 74: ἀλλ' αὔτως ἀλάλημαι ἀν' εὐρυπυλὲς Ἄιδος δῶ. Nam ne ipsum Achillem illis amici mortem lugere statuas, dissuadet néscio quae 'lucis egenum Tartarum' experta tristitia.

Quintus demum actus ipsa Hectoris Lustra uidetur continuisse. Et prius ad Myrmidonum misericordiam Priamus se conuertit fr. XIV, quam Achillis generositatem inploraret. Huc enim commode Schoellius p. 498 traxit fr. XV, qui etiam fr. XIV apte in uniuersum interpretatus est. Illius autem in senis aduentu admiratio significari poterat eis, quae apud Varronem de L. L. VII 12 (inc. nom. IX) extant.

In Telamonis fragmentis ordinandis fere secutus sum Hermannum Opusc. VII 378 sqq. Cuius operam Ladewicus p. 24 emendaturus quod cum Schoellio p. 637 proposuit, fr. VI eandem falsae suspitionis iniuriam sibi olim a patre factam Telamonem felice Eurysacis reditu comperto placatum recordari, probari posset, si non interfectum esse Phocum a Telamone constaret. Qui ne tum quidem, si inuitus fratrem occidisset, quod nulla, quantum scimus, nisi sua auctoritate fretus statuit Schoellius, apte poterat suum facinus cum Teucri innocentia comparare. Immo queritur Teucer, quod ipse cum Vlixe et Atridis caedem Aiacis perpetrasse existimetur a patre. Versu VIII recentis doloris signa describuntur, ut de Hesiona potius putemus dictum quam, ut Hermanno uidetur, de Tecumessa. Idem non explicauit, cui fr. IV obsidio parari dicatur a Telamone, quam Aiaci parari nemo potest credere, nisi qui Schoellio p. 637 auctore Telamonis et Aiacis umbras in unum conflans quasi perrupturus sit Acheronta. Vt igitur, quid uelit Telamo, intellegatur, cogitatione supplendum erit *mihi:* ni mirum ut regnum orbato patri eriperet, ingenuo eius filio Teucrum mortem intulisse.

Ceterum condecent profecto Telamonis magnanimitatem, quae ex Cicerone Tusc. disp. III 13, 28 (inc. inc. fab. XLV) huc asciuit Hermannus, recte posita idem, quae apud illum de diu. I 40, 88 (inc. nom. XXVII) extant, cum Vossio iudicaturus, si post uersum 274 legerentur. Haec autem ipsa in ariolos conuitia nescio an nouis uersibus augere possis duobus, quorum altero utitur Rhetor ad Herenn. IV 12, 18 (inc. nom. LV), altero Fronto p. 57 (inc. nom. LXII): ita ut, dum modo donis satis sint conciliati, uaticinari et consulere illi dicantur, quidquid interrogantibus sperent placiturum esse (cf. Attii Astyan. IV et V).

In Athamante — nam iniuriam Enniano aeuo facere uidentur, qui elegantioris temporis lumina Charisium p. 214 P. existimant protulisse — in Athamante igitur Liberi comites utrum deo uelut Phrixi causa interueniente in scenam prodierint, an ab eo commemorentur, qui bacchantem in Parnasso Inonem inuestigauerit, incertum est. Ceterum extitit Latina aliqua fabula, qua Phrixum Demodice falso inpudicitiae criminaretur, si recte emendaui, quae Cicero ad Fam. IX 22 (inc. inc. fab. LXIX) laudat. Et poterat Demodices, qui Cretheus alias dicitur, marito filii nomen, quod Pheres est, aliquando inponi. Certe aberrarunt a probabilitate, qui Alexandrum Pheraeum in scena repraesentatum fuisse crediderunt.

Multo minus ex Graecae poesis ruina materiae repeti potest ad reparandam artem M. PACVVI siue PACVI: nam formarum Paculus Pacius Paquius Pacuius Pacuuius, quibus addenda est Pacubius, rationes explanauit Mommsenus de Italiae inf. dialectis p. 284 (cf. Osannus in Cic. de rep. III 9, 14 Lachmannus in Lucr. p. 306 Aufrecht et Kirchhoff de monum. ling. Vmbr. I p. 60 et 76). De doctrina huius poetae quae minus prudenter Ladewicus disputauerat, tetigi olim in Coniectaneis.

Et Antiopam primum magnis laudibus effert Cicero de fin. I 2, 4 (uide p. 248), rursusque inter nobilissimas numerat in Acad. pr. II 7, 20 (uide p. 259) et de off. I 31, 114 (uide p. 265). Nobis quas inde reliquit aetas, argutiae et inaniarum quarundam quasi ara-

nicolae Persianum magis fastidium, quam delicias eorum excitant, quos ille ridens 1, 77 *sunt quos Pacuiusque* inquit *et uerrucosa moretur Antiopa, aerumnis cor luctificabile fulta*, unde numeros Pacuuianos frustra sis expiscaturus. Ceterum quoniam ad uerbum ex Euripidea Antiopam expressam dicit Cicero de fin. l. l., uix potest Ennius etiam eandem Euripidis fabulam scripsisse. Itaque apud Hyginum, cuius capiti 8 haec inscripta leguntur: *eadem Euripidis, quam scribit Ennius*, in eis recte Hartungus II 415 Pacuuii nomen substituit dubitantius iudicante Welckero p. 812. Est autem secundum illum Pacuuii argumentum hoc: 'Nyctei regis in Boeotia fuit filia Antiopa [cf. I]. Eius formae bonitate Iuppiter adductus grauidam fecit. Quam pater cum punire uellet propter stuprum, minitans periculum Antiopa effugit. Casu in eodem loco, quo illa peruenerat, Epaphus Sicyonius stabat. Is mulierem aduectam domo matrimonio suo iunxit. Id Nycteus aegre ferens, cum moreretur, Lyco fratri suo per obtestationem mandat, cui tum regnum relinquebat, ne inpune Antiopa ferret. Huius post mortem Lycus Sicyonem uenit. Interfecto Epapho Antiopam uinctam abduxit in Cithaeronem: parit geminos et reliquit. Quos pastor educauit, Zethum et Amphionem nominauit. Antiopa Dircae uxori Lyci data erat in cruciatum. Ea occasionem nacta fugae se mandauit, deuenit ad filios suos. Ex quibus Zethus existimans .... fugitiuam non recepit. In eundem locum Dirce per bacchationem Liberi delata est: Antiopam repertam ad mortem extrahebat. Sed ab educatore pastore adulescentes certiores facti eam esse matrem suam, celeriter consecuti matrem eripuerunt. Dircen ad taurum crinibus religatam necant. Lycum cum occidere uellent, uetuit eos Mercurius et simul iussit Lycum concedere regnum Amphioni.' Nobilissimum illud conloquium, cuius meminit Horatius Epist. I 18, 39:

Nec tua laudabis studia aut aliena reprendes,
Nec cum uenari uolet ille, poemata panges.
Gratia sic fratrum geminorum, Amphionis atque
Zethi, dissiluit, donec suspecta seuero
Conticuit lyra: fraternis cessisse putatur
Moribus Amphion

id quorsum tetenderit, etiam Cicero explicat eis locis, quos ad fr. II descripsi. Itaque et musicae utilitatem commode Zethus poterat eis detrahere, quae Cicero Orat. 49, 166 (inc. inc. fab. CVIII) seruauit, quae Welleri coniectura est, nec eiusdem personae, quae Gellius XIII 18 (inc. fab. II) adfert, disconuenire recte in uniuersum dixit Valckenarius Diatr. p. 77. Quamquam quod eis Hartungus II 420 adposuit Graecum exemplar: *μισῶ σοφόν Ὄντ' ἐν λόγοισιν, ἐς δ' ὄνησιν οὐ σοφόν* (cf. Meinekius in Ephem. Marb. 1846 p. 1084), id in Orionis Anthologn. I 3 p. 41 Schn. hoc lemmate, titulo secundum Schubarti apographum in margine scripto, notatur: ἐξ ἀλεξν, quod dubitanter Schneidewinus de Alexandro, de Aleadis autem parum probabiliter Wagnerus interpretatur. Item quibus hanc disputationem Amphion soluit (XX): *κἀπὶ τοῦτ' ἐπείγεται, Νέμων τὸ πλεῖστον ἡμέρας τούτῳ μέρος, Ἵν' αὐτὸς αὑτοῦ τυγχάνῃ βέλτιστος ὤν* et (XXXIV): *ἐγὼ μὲν οὖν ᾄδοιμι καὶ λέγοιμί τι Σοφὸν, ταράσσων μηδὲν ὧν πόλις νοσεῖ*, diuersorum ni mirum studiorum discrimen aequalitate quadam concilians, eis apte Welckerus p. 821 addidit uersum a Seruio in Aen. III 540 laudatum (inc. fab. III), cui quod adiunxit fr. III, poterat sane de Antiopa quoque saltus peruagante dici, ut censet Hartungus II 423. Ipsa miserias suas describit fr. V—VII. Quae cum Iouis propensum in se fauorem uariandi, quo omnes teneantur, studio incredulis probatum ire uideatur Valckenario p. 68 secundum Euripidea (XLV) haec: *κόρος δὲ πάντων· καὶ γὰρ ἐκ καλλιόνων Λέκτροις ἐπ' αἰσχροῖς εἶδον ἐκπεπληγμένους· Δαιτὸς δὲ πληρωθείς τις ἄσμενος πάλιν Φαύλῃ διαίτῃ προσβαλὼν ἥσθη στόμα* (cf. Pflugkius in Ephem. Darmst. 1831 p. 21): idem potuit naturae uicibus inlustrare fr. VIII. Reliqua commode maximam partem Welckerus interpretatus est: pastorem scilicet Baccharum petulantiam castigare fr. X, originem fratrum cur usque celauerit excusare fr. XI, sumpto de Dirca supplicio salutari uindices a matre fr. XIII, Baccharum Antiopa sibi tradita exultantium carmina prodi fr. XII, quocum bene Hartungus conflauit anapaestos a Mario Victorino p. 2522 P. (inc. fab. IV) propositos, adfines illos quodammodo pyrrichiis, quos Censorinus in fragm. p. 98 Jahn. (inc. inc. fab. CXX) habet. Contra uel Nyctei comperto filiae dedecore indignatio uel Dircae in Antiopam furor aptius quam Zethi in Dircam minae ui-

dentur fr. IX significari. Quibus nostras quasdam adicimus quisquilias. Nam initio fabulae prodiens pastor diem uidetur salutasse eis, quae Varro de L. L. VI 6 (inc. fab. I) exhibet. Bacchae postea Liberum inuocare poterant uersu, quo Appuleius Florid. IV 18 (inc. inc. fab. CXIX) utitur. Porro causam coram filiis et Dirca dicens Antiopa uide an quid rei sit fateatur septenario, quem sine poetae nomine laudat Cicero ad Fam. IX 22 (inc. inc. fab. LXX), uanitatem autem et inpudicitiam mulierum Zethus notauerit uerbis, quae ex Pacuuio Afranius apud Non. 111, 22 (inc. fab. LIII) deprompsit. Quem contra Amphion errores Antiopae atque aerumnas commiseratus et 'lacrimis mollem' se praestare poterat eis, quae Nonius 98, 17 (inc. fab. VI) habet, et interrogare, quae Priscianus p. 860 P. (inc. fab. VII) seruauit, aliquatenus certe illa propinqua Persianis: *aerumnis cor luctificabile fulta.* Denique nostram fabulam respexit fortasse Cicero Lael. 19, 70: 'ut in fabulis, qui aliquandiu propter ignorationem stirpis et generis in famulatu fuerint, cum cogniti sunt et aut deorum aut regum filii inuenti, retinent tamen caritatem in pastores, quos patres multos annos esse duxerunt.'

Libertus quasi Euripidis Pacuuius incedit in Duloreste, qui num Dolorestes recte dicatur non potuimus 'multa erogitando sciscere.' Quod certius est olim monui, nec Dulorestem alium posse dici nisi aut Orestem serui aut seruum Orestis partes agentem nec Dolorestis, hoc est Doliorestis apta exempla attulisse G. Hermannum *Δύσπαριν* aliaque cum aduerbiis conflata. Serui personam si Oresti poeta induisse recte creditur, nescimus quo id consilio sit institutum quibusue artificiis in scena adhibitum. Nam quod huc trahunt frustulum: *qui meritat, hominem se seruum facit* (sic enim emendat Naekius), eius dubia fides est, quoniam sic apud Nonium p. 345, 7 extat: 'meret, humillimum et sordidissimum quaestum capit. Varro — Lucilius — *Varro Agathone Duloreste: qui merita hominum et seruum facit;* unde et mercenarii et meretrices dicuntur. *Idem Eumenidibus*' — ut de satura Duloreste probabilius quam de fabula Pacuuii uideatur cogitari. Contra fraudulentum Orestem, qui Thoante decepto simulacrum manticularetur, quis neget commode potuisse a Pacuuio fingi, modo nomen licuerit fingi

Dolorestis? Hoc igitur in medio relinquimus. De structura autem fabulae uniuersa quoniam copiosius in Coniectaneis olim disputauimus, supersedebimus, quid in singulis uersibus interpretandis a Stieglitzio, Hermanno, Welckero dissentiamus, religiose adnotare, lubenter eorum nomini rescripturi quidquid bonae frugis curiosis uideri poterimus inde mutuati esse.

Recoluit igitur in prologo Iphigenia memoriam nuptialis illius diei infausti fr. I, qui describitur apud Euripidem 355:

> Ἀργεῖαί τε νῦν
> ὑμνοῦσιν ὑμεναίοισιν· αὐλεῖται δὲ πᾶν
> μέλαθρον

ut fortasse ea quoque, quae Quintilianus IX 3, 57 (inc. inc. fab. LIV) ex 'nostro tragico' adfert, huc pertineant. Certe facillime possunt uideri ex Graecis translata his:

> Πέλοψ ὁ Ταντάλειος εἰς Πίσαν μολὼν
> θοαῖσιν ἵπποις, Οἰνομάου γαμεῖ κόρην,
> ἐξ ἧς Ἀτρεὺς ἔβλαστεν· Ἀτρέως δὲ παῖς
> Μενέλαος Ἀγαμέμνων τε· τοῦ δ' ἔφυν ἐγώ.

Significantur Agamemnonis fallaciae fr. II et Calchantis iussa fr. III. Iam uero nescio quibus signis Iphigenia augurari uidetur fratris aduentum: nam de extrinsecus uenturo dicitur fr. IV. Postea Graiorum adpulsus ad Thoantem ab eo defertur, cuius uersiculo Cicero de nat. deor. II 36, 91 (inc. fab. XII) utitur expresso ex Euripideis his 236: Ἕλληνες· ἓν τοῦτ' οἶδα, κοὐ περαιτέρω. Orestis nomen, ut Pyladis apud Euripidem 249 sq. conl. 492, quod audiuerat, nuntius regi indicat, cuius responsum est fr. V. Iam inductos amicos et unde huc uenirent interrogatos Thoantis uersus VII produnt ad ambages et mendacia confugisse, quo qui spectare uolunt fr. VI, eis non habeo qui audeam aduersari. Deinde secuta est nobilissima illa scena (VIII), quam adumbrans Cicero de fin. II 24, 79 non potuit uti insolenti dictione: *quo minus ambo una necaremini*, *non precarere*, nisi *precandi* notionem diserte expressam uoluisset. Itaque Orestem supplicio destinauerat Thoas, alteri, si sese indicasset, ueniam daturus erat. Vtroque igitur damnato Orestem Pylades consolatur fr. IX, generositatem amici aegre ferenti (X) proponit

opprobria, quibus solus in patriam reuersus obnoxius foret (XI). De clementia tyranni nihil sperandum monet Orestes fr. XII, qui fortasse subito insaniae inpetu correptus clamoribus suis Iphigeniam iam de Oreste aduena certiorem factam ex aedibus exciuit. Huc enim spectare conicio fr. XIII et XIV, si recte scribitur: *ubi ille ést? me miseram clámor quoniam elíminat.* Quod contra cui probabilius uideatur: . . *ubi illic ést? me miserum! quónam clam se elíminat?* ei Thoas Orestis fuga perturbatus intellegendus erit. Certe minime statim fratri se sororem adesse declarat Iphigenia, cui Orestes commendat amicum (XV et inc. fab. XIII) superstitem scilicet futurum, quod precibus suis euicerat. Insecuta est Orestis de patris suisque rebus narratio. Naufragium memoratur fr. XVI, quod ab Oeace praedictum reminiscitur Iphigenia fr. XVII interprete Welckero. Quid puer secum agitauerit, repetit Orestes fr. XVIII: matricidam uero portentis, quorum fortasse uel hic uel in Chryse mentio fit apud Varronem de L. L. VII 59 (inc. fab. XIX), inimicorumque malitia (XIX XX) patria expulsum esse. Fratris uerba quodammodo imitari uidetur Iphigenia, ubi quae sit profitetur fr. XXI. Facta agnitione Pylades de salute paranda cogitandum monet fr. XXII, metuendum esse, quem describit fr. XXIII addito, quem recte his ex Nonio 204, 30 (inc. fab. XX) adiunxit Vossius, uersiculo, et apertius significat haesitanti fr. XXIV. Fallaciis igitur effugere statuunt Thoantis atrocitatem, quem facile falli posse testatur Iphigenia fr. XXV. Apte autem qui de Fortuna apud Rhet. ad Her. II 23 (inc. fab. XIV) sunt uersus, Pyladis fortasse, hic uidentur inseri posse, quorum ultimo quae Festus habet p. 133 (inc. fab. XV) aliquatenus respondere concesseris Naekio. De simulacro quidem apud Pacuuium quoque actum esse persuadent fr. XXVI et XXVII comparatis Graecis his 1162: *τί φροιμιάζει νεοχμόν, ἐξαίδα σαφῶς* et 1165: *βρέτας τὸ τῆς θεοῦ πάλιν ἕδρας ἀπεστράφη,* quibus addendus uersus a Paulo Festi p. 226 (inc. fab. XXI) seruatus, expressus ex hoc 1160: *τί δ' ἔστιν, Ἰφιγένεια, καινὸν ἐν δόμοις;* qualem non intellecti periculi stuporem uereor ne Luciliana illa apud Non. 30, 27: . *utrum tristis contorto aliquo ex Pacuuiano exordio* potius innuant quam contortuplicata rerum in prologo aliquo narratione perturbatorum auditorum fasti-

dium. Profectura ad nauem Iphigenia uirginibus gratias agit reditum se eis paraturam promittens fr. XXVIII conl. Eur. 1068. Sed paulo post nuntio 'fratrem' cum Iphigenia aufugisse obstupescens Thoas ebullit uersus XXIX et haerente seruo, quid primum respondeat, inpatientius inquirit fr. XXX. Tum de sorore in summo rerum discrimine agnita narratur eis, quae Priscianus p. 887 P. (inc. fab. XXII) habet, quae autem apud Euripidem 1386: *νηὸς δ' ἐκ μέσης ἐφθέγξατο Βοή τις· ὦ γῆς Ἑλλάδος ναῦται, νεώς Λάβεσθε κώπαις, ῥόθιά τε λευκαίνετε* repetuntur Orestis uerba, ex Pacuuio seruauit Festus p. 330 (inc. fab. XXIII). Profugum persequi statuit barbarus minis furorem suum demulcens fr. XXXI.

Huic autem fabulae proxime coniuncta erat, cuius argumentum recte ex Hygini c. 121 definiuit Naekius, C h r y s e s. In qua, quod capite 120 Hyginus extremo addit: 'uentoque secundo ad insulam Zminthum ad Chrysen sacerdotem Apollinis delati sunt', id attingitur fr. I, ita tamen ut tempestate appareat primo uexatos esse. Orestis (III IV) cum Chryse physico (II V VI VII, quibus adiungi potest, ni fallor, inc. fab. XI) conloquium interrupit fortasse Pylades, qui Thoantis naues adpropinquantes conspexerat. Huc enim referas fr. VIII et IX et quae Censorinus fragm. p. 95 (inc. inc. fab. LXXIII) laudat. Lamentatur Orestes, quod periculorum aestus ipsum rursus 'ad scopulum e tranquillo' abstulerit (X). Hac enim ipsa similitudine, quam de casuum uicissitudine uelut Terentius in Phorm. IV 4, 8 et Plautus in Most. III 1, 147 et in Merc. I 2, 84 adhibuerunt, postea ad pugnam sese comparans Orestes uti poterat, si quidem eius sunt, non adulescentis uel serui de comoedia, quae Cicero de orat. III 41, 166 (inc. inc. fab. LXXIV) seruauit. His igitur querellis precibusque (XI) tandem commotus latebras Chryses uidetur concedere fr. XII, cui praeire poterat uersus particula a Quintiliano VIII 3, 48 (inc. inc. fab. LXXV) laudata. Sed inuestigati a Thoantis satellitibus (XIII) increpantur tyranni uoce XIV, qua quam arte cum Duloreste Chryses cohaereat, clarissime elucet. Iphigeniae fallacias 'perterricrepas' dixisse uideri ille potest apud Cic. Orat. 49, 164 (inc. inc. fab. LXXVI). Nec tamen minarum atrocitate (XV) neque criminum mole (XVI XVII)

perterritus libere profitetur Orestes (XVIII), quid fecerit. Apollinis auxilium inprecatur Pylades fr. XIX. Tandem cum Thoanti eos Chryses filius reddere uellet (XX), intercessit pater (XXI) reque cognita placatur uetusta in Agamemnonem inimicitia (cf. XX).

Ceterum de tempore, quo Dulorestes primum acta sit, prodit aliquid Cicero in Lael. 7, 24: *qui clamores tota cauea nuper in hospitis et amici mei M. Pacuui noua fabula, cum ignorante rege, uter esset Orestes, Pylades Orestem se esse diceret, ut pro illo necaretur, Orestes autem ita ut erat Orestem se esse perseueraret. Stantes plaudebant in re ficta.* Vnde graue Ritschelio Parergon I p. XVIII eius rei argumentum redundare uisum est, quam certissimam ratiocinatione ipse effecerat, sexto ab u. c. saeculo spectatores in theatro stetisse aut saltem non consedisse in gradibus. At enimuero non adeo 'insolenter' *stantes* olim intellectos esse *adsurgentes* probat in Sestiana 55, 117 Cicero: 'cum uero ipse, qui ludos faciebat, consul adsedit, *stantes* et manibus passis gratias agentes et lacrimantes gaudio suam erga me beneuolentiam ac misericordiam declararunt.' Vbi alia exempla Abramus addidit haec: ad Att. II 19: 'Caesar cum uenisset mortuo plausu, Curio filius est insecutus. Huic ita plausum est, ut salua re publica Pompeio plaudi solebat. Tulit Caesar grauiter. Literae Capuam ad Pompeium uolare dicebantur. Inimici erant equitibus, qui Curioni *stantes* plauserant.' Prop. IV 18, 18: 'i nunc tolle animos et tecum finge triumphos, *Stantiaque* in plausum tota theatra iuuent.' A quibus aliquantum differt Suet. Octau. 56: 'eisdem praetextatis adhuc adsurrectum ab uniuersis in theatro et a *stantibus* plausum grauissime questus est.' Sed ipso saeculo sexto septimum potius in animo habuisse uidebitur Laelius, si anno post Pacuuii nonagenarii mortem, 625 u. c., disserens de *nuper* acta amici sui fabula narrauerit, quod in ambigua uoculae *nuper* circumuagantis causa nec praefracte negare audemus cum Beiero nec sane confidentius adfirmare. Quodsi aliquantillum literis illis diem producere liceat, aut omnino temporis rationem nullam habuit Cicero aut inter nouissimas Pacuuii fabulas numeranda est Dulorestes. Iam uero Tarenti, quo 'grandi iam aetate et morbo cor-

poris diutino adfectus' concessisse poeta noster traditur a Gellio XIII 2, non potest unum uel duos annos tantum uixisse propter suum cum Attio conloquium a grauissimo illud auctore Varrone, si Ritschelium (Mus. Rhen. 1848. p. 515) audimus, relatum. An quadragenarii uiri, qui insuper decem annis ante cum octogenario Pacuuio fabula concertauerat, ingenium 'nasci' recte dicitur? Itaque iam anno fere 615 Tarentum conicio Pacuuium profectum, Dulorestem autem docuisse post annum 608, quo subitarios primum gradus extructos esse maxime probabiliter statuit Ritschelius Parergon I 227.

Sophoclis nomen prae se ferunt Niptra, in quibus tamen scimus saucii Vlixis dolorem Romanam grauitatem spirasse. Structuram fabulae paulum a Welckeri p. 240 sqq. delineamentis diuersam proponimus. Videtur autem uesperi — multa enim nocte pugnam fieri apparet Palatini Odysseae enarratoris uerbis: ὡς ἔτι νυκτὸς οὔσης — reuersus Vlixes prologo Tiresiae illa uaticinia, quo spectant e Sophocleis fr. 403. 404, et Iouis Dodonaei ut a filio, quem intellegit Telemachum, caueat monitum (cf. 401) memorare. Haec enim omnia cum toto errorum ordine ad extremam fabulam relegata saucio et lamentanti Vlixi tribuere ab arte abhorret. Hospiti a Penelopa comiter excepto nutrix pedes abluit (I) nec male confabulando cum aduena delectatur, cuius eadem atque eri olim ipsi uidetur 'lenitudo' e. q. s. (II conl. Odyss. XIX 380): qua seruae fideli memoria gaudens respondet ille fr. III, quo iam clarius quis sit significat. Tum cicatrice conspecta agnitus de Helena et Menelao curiose quaerenti respondet fr. IV, deinde de rate, qua Calypso deseruerat (V), de Lothophagis et Cyclopibus (VI VII conl. Soph. 405. 407), de Circae uenenis narrat. Recte enim huc Bothius traxit, quae Seruius in Aen. V 28 habet (inc. fab. XXXIX). At ne cum cetera familia communicet aduentum suum, uetat Anticleam. Neque aliter tragoedia poterat absolui. Nam nec si cognouisset Telemachum, 'νομίσας τὸν Τηλέμαχον εἶναι' cum Telegono pater concertasset, nec ceteri si Vlixem cognouissent, errorem eius non redarguissent. Satis luculenter illam noctem inlustrat scholiasta Palatinus: ὅτε οὖν ὁ Τηλέγονος τὴν Ἰθάκην κατέλαβε

καὶ ἑαυτὸν τῷ πατρὶ κατεμήνυε, μὴ προσδεχομένων αὐτὸν τῶν φυλάκων κἀντεῦθεν κραυγῆς γενομένης ὡς ἔτι νυκτὸς οὔσης, νομίσας Ὀδυσσεὺς τὸν Τηλέμαχον εἶναι ἀνίσταται μετὰ ξίφους. Frustra igitur foribus pultatis (Soph. fr. 402) flagitauerat Telegonus ut ad patrem admitteretur, deinde exorto iurgio et clamore custodum peregrini insolentiam castigantium, illius clara uoce patrem e cubiculo euocantis, abierat ut socios in auxilium uocaret. Iam cum gladio erumpit Vlixes creticis, si huc spectant Censorini in fragm. p. 96 (inc. inc. fab. LII LIII) exempla, tumultus auctorem requirens, et ad patriae periculum illud propellendum excitat ciues (VIII conl. Soph. 406) frustra, ut uidetur, ardorem eius delenire conatos octonariis, unde unum seruauit Censorinus l. l. (inc. inc. fab. LI). Sero autem de Vlixis aduentu a nutrice edoctus Telemachus serum ad auxilium patris properat, ut hoc temperamento uera tradidisse uideatur Hyginus: 'cum quo' (sc. Telegono) 'Vlysses et Telemachus ignari arma contulerunt.' Perpetrato facinore de aculeo Circae dono Telegonus ipse narrat fr. XI. Praeterea ex hac fabula Priscianum p. 685 P. (inc. fab. XL) sua hausisse probabiliter coniecit Delrio.

Item Sophocli Pacuuium in T e u c r o se accommodasse poterat Welckerus p. 191 sqq. fortasse his etiam uersibus sine fabulae titulo laudatis quodammodo offirmare (762): *ὀργὴ γέροντος ὥστε μαλθακὴ κοπίς Ἐν χρωτὶ* (*χειρὶ* uulgo) *θήγει, σὺν τάχει δ' ἀμβλύνεται*, quibus adfinis est consolatio VIII et IX. Et uanam quam de filii salute fouerit spem detestans Telamo 508: *ὡς ἄρ', ὦ τέκνον, κενήν Ἐτερπόμην σου τέρψιν εὐλογουμένου Ὡς ζῶντος· ἡ δ' ἄρ' ἐν σκότῳ λακοῦσά με Ἔσαιν' Ἐρινὺς ἡδοναῖς ἐψευσμένον* (cf. Bergkius de fr. Soph. p. 29), ille igitur nescio an diuini consilii secreta mortalibus occlusa his apud Sophoclem (inc. fab. 659): *ἀλλ' οὐ γὰρ ἂν τὰ θεῖα κρυπτόντων θεῶν Μάθοις ἄν, οὐδ' εἰ πάντ' ἐπεξέλθοις σκοπῶν*, eis autem quae Gellius XIV 1 (inc. fab. XLIII) laudauit, apud Pacuuium sit demiratus. Quae ex ipso Sophoclis Teucro adferuntur (507): *οὐρανοῦ δ' ἄπο Ἤστραψε, βροντὴ δ' ἐρράγη δι' ἀστραπῆς*, cum nostris XIV et XV et splendido illo apud Ciceronem de diu. I 14, 24 (inc. fab. XLV) loco iam Bergkius l. l. p. 28 contu-

lit. Quam narrationem idem apte coniecit paulo post Ciceronem de diu. I 16, 29 (inc. inc. fab. XLVI) iterum innuere: quae autem ex Pacuuio Quintilianus I 5, 67 (inc. fab. XLIV) laudat, ne dubium quidem est quin uersibus illis praecesserint (cf. Naekius Opusc. I 106). Praeterea huius naufragii exitus apud eundem VI 3, 96 (inc. inc. fab. XLVII) significatur, exultantis autem in Teucri aduentu senis laetitia fortasse cohiberi coepit eis, quae Charisius p. 251 P. (inc. inc. fab. XLIV) adfert.

Sed Oilei partes non uideri fuisse in nostra fabula inde conclusit Ladewicus p. 25, quod quos cum Schoellio p. 174 not. et 537 sq. Welckerus p. 192 Sophoclis Teucro restituit uersus a Stobaeo CXIV 6 (Soph. Ai. Locr. 14) laudatos, eos Cicero Tusc. disp. III 29, 71 uertendos sibi sumpserit. Qui scripsit haec: 'itaque Oileus ille apud Sophoclem, qui Telamonem antea de Aiacis morte consolatus esset, is cum audisset de sui, fractus est. De cuius commutata mente sic dicitur: *Nec uero tanta praeditus sapientia*' e. q. s. Vnde hoc certe effici potest, uel omnino non commutatam Oilei mentem finxisse uel non ita de ea indicasse Pacuuium. Nam ne toti fabulae hanc personam abrogemus dissuadere uidetur, quae fr. VIII et IX indicatur, amici cuiusdam patrem cum filio conciliaturi beneuolentia. Nuntium Hermannus quod Teucri aduentum et ceterorum Graecorum post captam urbem fata statuit rettulisse (V VI), id eundem fugit optime confirmari fr. IV. Telamoni conloquium cum Teucro, antequam Aiax incolumis redierit, repudianti uersum X recte dedisse puto Welckerum p. 194, cum 'Telamonem ut Teucrum recipiat rogari' coniecerit Hermannus. Nec rogantis inpetus tantis minis Telamoni, ni fallor, erat declinandus, quantas innuit fr. XX, quod a Teucro malumus, cui pericula inminent, pronuntiari. Pugnam enim initurus, non preces recusans suas uidetur uires conligere Telamo fr. XVII. Quae qui probauerit, ei hoc etiam concedendum erit, inpetrato tandem conloquio (XI) crimina a patre sibi obiecta (XII et quae commode huc referunt ex Charisio p. 85 P. — inc. fab. XLIX) Teucrum diluere, sed frustra (XIX) conatum esse, priusquam ad armorum discrimen res rediret, quod ipse quodammodo uidetur proposuisse (XVIII). Eodem autem spectat

fr. XXI, quod cum fr. XX et XVII iracundum senem amicis respondere coniecit Hermannus.

In exilium profecturi Teucri uocem (inc. inc. fab. XLIX) quoniam Pacuuio sine controuersia omnes reddunt, eidem concedent uirilia illa, quae ex antiquo poeta petita esse a Cicerone Tusc. disp. V 12, 36 (inc. inc. fab. XLVIII) suspicatur Bentleius. Exule potius filio luctus Hesionae quam in exordio fabulae desiderium (I) significari uidetur uersibus, quibus Cicero utitur de diu. I 36, 80 (inc. fab. L).

Hermionam non Delphis, sed uel Phthiae uel apud Molossos agi nobis Ladewicus p. 4 non persuasit. Fatendum est, neque num Sophocli hic quoque Pacuuius sese addixerit, certius discerni, neque omnino totius fabulae satis distinctam umbram ex reliquiis posse erui. Neque tamen tantae sunt dubitationes illae, ut in magnum alienissimarum coniectationum inane te praecipitare cogaris. Quid ni enim Orestes, qui totiens et oraculum Delphici dei adierat et in templi praesidium confugerat, a Delphicis sacerdotibus *hospes* dicatur, quid ni igitur occiso non Orestis magis quam Apollinis inimico Machaereus poterat pronuntiare uersum XXII: quid ni in exitu fabulae uel Pythia uel deus ipse perpetuam inter Delphicos Orestisque progeniem condere poterat necessitudinem fr. XXIII? Taedet enim Pyladis uel auspicis nuptiarum uel amicitiae inter Molossos et Orestem conciliatoris. Et satis probabiliter cetera quoque secundum idem argumentum explicauit Welckerus p. 224, quamquam sunt in quibus dissentiam. Velut exordio potius, quo de itineris consilio disseruerit Neoptolemus, depromptum uidetur fr. I quam extremis morientis mandatis, quae qualia fuerint non liquet uerbis corruptissimis. Grauiora concludimus ex contemptissima illa Seruii in Aen. IV 473 notatione (inc. fab. LX), quam cum Duloresti suae accommodare nequiret Naekius, tamquam commentum grammatici repudiauit, Welckerus p. 1179 ad narrationem quandam rettulit Orestis, qua hic quomodo ἱερόδουλος Apollinis factus sit exposuerit. At probabiliora proponenti non inuidebis. Nam in Hermiona aut epistula coniugis aduocatum aut alio modo de huius itinere certiorem factum (cf. Eur. Andromach. 964), itaque certo ut uxorem ereptam et male habitam

ulcisceretur consilio Delphos Orestem profectum esse tragoediae, qua παρὰ τὴν δόξαν facta contineri oportet, parum uidetur conuenire. Quid ni igitur expiationis causa, ut furorem sanaret, Apollinis oraculum adierit Orestes, Delphis autem necopinato in Hermionam inciderit? Quo uenustissimae efficiuntur duae scenae, insanientis altera, altera non sperato amatae aduentu ex tristitia ad salutis spem subito erecti. Quid? quod insaniae tribus uersibus totam fabulam summa concinnitate comprehendens ipse Vergilius meminit Aen. III 330: 'ast illum ereptae magno inflammatus amore Coniugis et scelerum Furiis agitatus Orestes Excipit incautum patriasque obtruncat ad aras.' Neque in cantharo illo Nolano felicissime a Radulpho Rochettio (Orest. pl. XL) de Pyrrhi caede explicato serpentis morsus et aperta in Orestis uultu indicia ullam de morbo eius dubitationem patiuntur. Ab imaginibus autem aut picturarum aut ectyporum tragoediae etiam de structura conclusionem facere uel maxime licebit in ea fabula, cuius tractatio Etruscis artificibus erat tritissima. Quae cum ita sint, ne Penthei quidem fabulam censeo nimis fastidiendam esse, quamquam Elmsleio in Eur. Bacch. p. 5 quis non concesserit potuisse Attii Bacchas Seruio in animo fuisse? Sed ut redeam unde me prouexit oratio, Orestis morbus fr. II et uisa coniuge laetitia fr. III, Hermionae autem gratus in priorem maritum animus Welckero interprete fr. IV poterat significari. Nec fugerunt eundem altercationis de reddenda Hermiona reliquiae, ex quibus fr. VI quidem Neoptolemo, fr. V uero Oresti magis uidetur conuenire. Sed patris beneficio 'ultum' quem Neoptolemus gloriari poterat fr. VII nisi Menelaum, cui autem nisi patri pietatem et oboedientiam suam Hermiona in animum reuocare fr. IX? Nisi forte, quoniam fr. XVI conuitia in Tyndarum iaciuntur, qui cum de Neoptolemi reditu desperans Oresti Hermionam nubendam suasisset, rideri eius uidetur festinatio (XVII), illi autem contumeliae respondetur fr. XVIII: Tyndarum potius Delphis adfuisse et Orestis ius summas defendisse. Cui opinioni ut nec simplicitatis gratia nec reliquiarum indicia ullo modo fauent, nemo credet firmamentum addi scholiastae in Odyss. IV 4 uerbis his: *Σοφοκλῆς ἐν Ἑρμιόνῃ φησίν, ἔτι ἐν Τροίᾳ τυγχάνοντος Μενελάου ἐκδοθῆναι τὴν Ἑρμιόνην ὑπὸ Τυνδάρεω τῷ Ὀρέστῃ. Κατὰ δὲ* [*τὴν ἐν Τροίᾳ* Eust.]

ὑπόσχεσιν ἥκοντος Νεοπτολέμου ἀφαιρεθῆναι τὸν Ὀρέστην ταύτην, πάλιν δὲ αὐτῇ συνοικῆσαι Ὀρέστην Νεοπτολέμου ἐν Πυθοῖ ἀναιρεθέντος ὑπὸ Τυνδάρεω, καὶ τότε τὸν Τισάμενον γεννῆσαι, ubi ex Eustathio docti restituerunt: *ἀναιρεθέντος ὑπὸ Μαχαιρέως*. Nam nescio quid rigoris spirat peruicacia eius (VIII XI XII XIII), cuius clementiam pro Neoptolemo inplorat Hermiona (IX X XIV XV), ex quibus senarios VIII X XI XIII disceptationi, quae est inter Orestem et Pyrrhum, non facile inserueris. Porro Machaereus fortasse a sacris inpium repellens pronuntiauit fr. XIX, et ex occulto Pyrrhum adgredientis 'insidias' prodit fr. XX. Denique ex nuntii de pugna relatu seruatum existimo fr. XXI conl. Eur. Androm. 1135 sq. Ex tenebrosa uagorum uersuum quasi uoragine manticulamur, si fas est, Hermionae preces (inc. fab. XXIV XXV) cum responso (inc. fab. XXVI), Orestis uerba insidias molientis (inc. fab. XXVII), Pyrrhi caede oppressi imaginem (inc. fab. XXVIII), inperium denique Heleno transmissum, si recte emendaui Philargyrium in Ge. IV 437 (inc. fab. XXIX).

Praeclaram operam Hermannus Opusc. VII 365 sqq. Armorum iudicio nauauit, a cuius uestigiis fere uix unguem latum discessi. Discedendum autem duxi in his. Nam prius quam de captiuis Troianis interrogandis Nestor consilium dedit (VII VIII IX), ludi uidentur ab Atridis parari (I), quibus qui uictor extiterit, ei placuerat arma esse adiudicanda (II). Delato autem ad captiuos illos iudicio iam nec decebat nec opus erat ut de uirtute heroes causam dicerent: itaque etiam uersus III—VI sequentibus VII—IX malo anteponere, ut nec armorum, quod fortasse detrectauerat uel Aiacis fastus (IV) uel astutia Vlixis, nec uerborum certamine offirmati Atridae postremo Nestoris suasu ad Troianorum arbitrium confugerint. Cetera satis erit uerbo tetigisse. Narrato enim iudicio (X XI) significatur, quid de uicti ferocia (XII XIII) timendum sit, quam deridet Vlixes (XIV). Postea mortem obiturus Aiax Achiuorum ingratum animum conqueritur fr. XV, quod ab Appiano quoque de bell. ciu. II 46 Welckerus p. 1401 monuit commemorari in his: *ὡς δ' ἐπὶ τοῖς λόγοις* (Antonii sc.) *ἕτεροι θρῆνοι μετὰ ᾠδῆς κατὰ πάτριον ἔθος ὑπὸ χορῶν ἐς αὐτὸν ᾖδοντο, καὶ τὰ ἔργα αὖθις αὐτοῦ καὶ τὸ πάθος κατέλεγον, καί που τῶν θρήνων αὐτὸς ὁ Καῖσαρ*

ἐδόκει λέγειν ὅσους εὖ ποιήσειε τῶν ἐχθρῶν ἐξ ὀνόματος, καὶ περὶ τῶν σφαγέων αὐτῶν ἐπέλεγεν ὥσπερ ἐν θαύματι, Ἐμὲ δὲ καὶ τούσδε περισῶσαι τοὺς κτενοῦντάς με; οὐκ ἔφερεν ἔτι ὁ δῆμος ἐν παραλόγῳ ποιούμενος τὸ πάντας αὐτοῦ τοὺς σφαγέας χωρὶς μόνου Δέκμου αἰχμαλώτους ἐκ τῆς Πομπηΐου στάσεως γενομένους ἀντὶ κολάσεων ἐπὶ ἀρχὰς καὶ ἡγεμονίας ἐθνῶν καὶ στρατοπέδων προαχθέντας ἐπιβουλεῦσαι, Δέκμον δὲ καὶ παῖδα αὐτῷ θετὸν ἀξιωθῆναι γενέσθαι. De sepultura denique agitur fr. XVI. Praeterea Tecumessae lamentationes apud Festum p. 282 (inc. fab. IX) extare suspicanti Vrsino adsensit Hermannus, Vlixem autem, cui ignauiam Aiax obiecerit, decet, quae apud Cic. de fin. V 11, 31 (inc. fab. VIII) legitur, excusatio. Ladewicus p. 23 quod de controuersia inter Vlixem et Teucrum a Pacuuio instituta coniecit, eodem iure de Ennio uel Attio uel Astydamante uel Theodecta potest praedicari. Nam in tragoediis sane, non tantum in scholis hanc causam agitatam esse narranti Quintiliano, quem omisit Ladewicus, non est cur cum Welckero p. 953 diffidamus. Disputat enim ille IV 2, 13 haec: 'neque enim accusator hoc tantum dicit, occidisti, sed, quibus id probet, narrat: *ut in tragoediis, cum Teucer Vlixem reum facit Aiacis occisi dicens inuentum eum in solitudine iuxta exanime corpus inimici cum gladio cruento, non id modo Vlixes respondet, non esse a se id facinus admissum, sed sibi nullas cum Aiace inimicitias fuisse, de laude inter ipsos certatum. Deinde subiungit, quo modo in eam solitudinem uenerit, iacentem exanimem sit conspicatus, gladium e uulnere extraxerit. His subtexitur argumentatio. Sed ne illud quidem sine narratione est dicente accusatore: fuisti in eo loco, in quo tuus inimicus occisus est: non fui: dicendum enim, ubi fuerit.*' Quae item explicantur a Rhet. ad Herenn. I 11, 18. II 19, 28. I 17, 27 et a Cicerone de inu. I 50, 92 et I 8, 11.

Ilionae aeuo sepultae tamquam uentum uitalem inflare omnium optime contigit Welckero p. 1150 sqq. Bergkius quod in Seru. Cass. part. V p. 34 professus est alio se loco de hac fabula plura dicturum esse, nondum soluit promissum. Ventuli aliquid ipse addidi in Coniectaneis p. 8 sqq. Et in exordio fabulae Deiphilum conieci narrare de Polydoro ad Ilionam delato (I), de hospitio Poly-

mestoris auaritia (II) et lubidine (III) polluto, de suis in undarum aestu et recessu erroribus. Cum his enim comparari uidentur Alcyonis in mari nidulantis itinera, quae tanguntur apud Varronem de L. L. VII 88 (inc. fab. XXX), satis ad sententiam a Scaligero inlustrata Medeae uerbis suos per maria errores apud Apollonium Rhodium IV 362 narrantis his: τηλόθι δ' οἴη λυγροῖσιν κατὰ πόντον ἅμ' ἀλκυόνεσσι φορεῦμαι: eodemque tendere potest fr. VI. Nec uereor ut coram matre lamentanti nouas Musa instillauerit cantilenas, quae, ni fallor, inplorandae magis et excitandae quam accuratius edocendae matri inseruirent. Quae excitata e somno ministros dimittere poterat, qui filii corpus latebris omnibus curiose inspectis inuestigarent. Itaque hic inseri possunt quae Festus p. 265 (inc. inc. fab. XLIII) habet, et quae in Excerpto Oxoniensi extant (inc. fab. XXXI). Polydoro reduci et miranti 'aliter esse ac sibi responsum fuit' (Hygin. 109) recte Welckerus adsignauit fr. VII, deinde Ilionae oraculum rectius interpretantis, uindicem salutantis, modum ulciscendi constituentis, denique secreta filio aperientis sunt VIII—XII et quos hinc esse Welckerus intellexit uersus a Cicerone de orat. III 58, 219 (inc. inc. fab. XLII conl. inc. fab. XXXIV) laudatos. Ceterum Ilionae uerbis 'oculos transaxim' (X) apparet non Polydori consilio, ut Hyginus dicit, Polymestorem luminibus priuari. Porro facinoris expiandi causa uatem aditurus rex (XIII) in Ilionae incidere poterat aculeos, quibus aliquantillum uexatus (huc enim refero inc. fab. XXXII) subito opprimitur fulmine uersus XIV. Iam intus sumitur supplicium, non sine pugna, cuius spolium Polydorus postea monstrat anulum (XVI), Deiphili forsan, ut pro culpae documento sit. Interea autem nuntium finximus Graecorum aduenisse (XV), qui de Priami morte refert fr. XVII. Plura, quae huc spectent, Seruium in Aen. II 506 et 557 (inc. fab. XXXIII) exhibere Bergkius quoque l. l. animaduertit. Quae uero 'propter casus parentum suorum' auctore Hygino 243 mortem sibi contraxit Iliona suas et Polydori spes omnes concidisse intellegens uanitatem earum deridet fr. XVIII.

Non inter optimas fortasse Pacuuii fabulas M e d u m fuisse calidius Welckerus conclusit ex Ciceronis his de off. I 31, 114: 'suum quisque igitur noscat ingenium acremque se et bonorum et uitio-

rum suorum iudicem praebeat, ne scenici plus quam nos uideantur habere prudentiae. *Illi enim non optimas, sed sibi accommodatissimas fabulas eligunt: qui uoce freti sunt, Epigonos Medumque; qui gestu, Melanippam, Clytaemnestram; semper Rupilius, quem ego memini, Antiopam, non saepe Aesopus Aiacem*', ut certe non incomitatus in barathrum abeat Medus. Ceterum tam egregius ei interpretando patronus Welckerus ipse extitit, ut nostrae quaedam adnotatiunculae apparriturae sint uelut rarae nantes in gurgite uasto. Primo autem prodeuntis Medi (I) propter aduentum laetitia fortasse anapaestis, quos ex Censorini fragm. p. 96 (inc. inc. fab. XCVIII) Welckerus quoque ad hanc fabulam asciuit, exprimebatur: eisque praecedere poterant, quae ibidem laudantur (inc. inc. fab. XCIX). Iam proaui auxilium inuocantem fr. II, satellites de aduena referentes (III), Persen curiose in omnia inquirentem deceptumque Medi, qui se Hippotem esse dicit, mendaciis (IV VII VIII), Medum denique de tempestate narrantem (V VI) optime Welckerus agnouit. Quo autem finitur illa scena, regis mandatum (X) uelut inducitur anxia quadam inter metum et fiduciam fluctuantis haesitatione, quam secum miratur Medus fr. IX. Rursus Medeae 'in curru iunctis draconibus' descendentis (XI XII inc. fab. XXXVI conl. XXXVII) pompam eiusque promissa (XIV, cui addenda XV XVI) summo in sterilitatis tristitie (quae uide an significetur inc. fab. XXXV) gaudio excepta (XIII), deinde quibus inprudens filium prodit, 'Hippoten Creontis filium in custodia haberi arbitrans' (XVII) regisque stuporem (XVIII) rectissime Welckerus secundum Hygini cap. 27 adumbrauit. Reliqua paulo accuratius sic definimus. Productum, 'ut mendacium morte puniretur', deinde agnitum filium seducit Medea ab aedibus (inc. fab. XXXVIII), ne quis intus audiat confabulantes. Inprouisus postea Aeetae aspectus Medeae offertur (XIX), quem illa lugens commiseratur. Huc enim Aeetae illam apud Cic. Tusc. disp. III 12, 26 (inc. inc. fab. CII) descriptionem cum Welckero trahimus. Eadem autem antea nouum dominum aspernans mutatam fortunam lugere poterat ut apud Ciceronem de off. I 39, 139 (inc. inc. fab. C). Conspecto igitur rege 'patrem' appellat, qui tamen animo malis obtuso non agnoscit filiam (XX), deinde Medi uoce deceptus Aegialeum

(cf. XXIV) somniat ad uiuos redisse (XXI). Tandem discussis tenebris filiam adesse aegre et suis oculis diffidens patitur sibi persuaderi. Neque enim Aeetam posse decipere nisi adsit, sin adsit, non decipere concedent qui Bergkii emendationi fr. XXII subscripserint. Praeterea recte Ladewicus p. 17 Medeae delicta olim commissa excusanti dedit, quibus Cicero de inu. I 48, 90 utitur (inc. inc. fab. CI), eodemque olim rettulerunt, qui in Tusc. disp. IV 32, 69 (inc. inc. fab. XCV) leguntur, septenarios, quamquam ei nescio an ex Attianae potius Medeae coram arbitro disceptatione uideantur esse deprompti.

In Atalanta Schoeneiae uirginis cum Hippomene coniugium repraesentatum statuens Welckerus p. 1217 sq. tantum non annosa uolumina uatum intra unius actionis terminos coartare reliquiarum indiciis coactus est. Ceteri cum taceant, Naeuolo aliquantillum aures patebunt. Quid autem, quod non puella, sed adulescens, non unus, sed duo parentes quaerunt? Nam fr. XIII ut discidium innuat tantum abest, quantum ut de certaminis signo, quod concertantium utrique datur, sermo sit fr. XIV. Signum autem describitur fr. XV (cf. O. Jahnius in Gerhardi Ephem. archaeol. 1850 p. 206 et de cista Ficoronica p. 10 in adnot.). Haec qui considerauerit et fr. V Parthenopaei haud obscure mentionem fieri, Hippomenis contra nullum usquam indicium extare concesserit, is animaduertat quae Hyginus tradit cap. 99: *Auge Alei filia ab Hercule compressa, cum partus adesset, in monte Parthenio peperit et ibi eum exposuit. Eodem tempore Atalante Iasii filia filium exposuit ex Meleagro natum. — Hos pastores inuentos sustulerunt atque nutrierunt, quibus nomina inposuerunt Herculis filio Telephum, quoniam cerua nutrierat, Atalantes autem Parthenopaeum, quoniam uirginem simulans in monte Parthenio eum exposuerat.* (100) *Teuthrantem regem . . . Idas . . . regno priuare uoluit. Quo cum Telephus . . . ex responso quaerens matrem cum comite Parthenopaeo uenisset* e. q. s. (cf. Mythogr. I 174). Et Telephi ad matrem reditum in Teuthrante IVLIVS poterat enarrare, unde qui extat uersiculus ad somnium aliquod uidetur pertinere, Parthenopaeum uero cum Telepho comite eodem consilio circumuagantem quid ni Pacuuius potuerit fingere?

Nam de GRACCHI sane Atalanta uereor quicquam proloqui propter amatoriam nescio quam insaniam, qua cardini apud illum Milanion aliquis siue Hippomenes blanditur. Sed ad nostrum ut redeam, Parthenopaeum, ni fallor, 'parentum incertum inuestigandum gratia' (I) profectum paenitet itineris suscepti (II), Parthenopaei originem mater obscuro quodam sensu ducta cupit perscrutari (VI), eadem enarrat, qui factum sit ut exponeretur Parthenopaeus, primo titubanter fr. XVII, ab auo Lycurgo exordiens (XVIII), deinde uirginitatis simulandae curas (XIX) et errorum in montium saltibus pericula describens (XX). Adhortatione denique concludit orationem (XXI). Quae omnia si recte uidebimur statuisse, nemo sane perfectam totius fabulae imaginem ut reuocemus flagitabit. Et in hac maxime quaestione haeremus, quaenam Atalantae conditio fingenda sit: nam coniugio uiraginem iunctam uix audemus animo informare. Nihilo minus clarum est agi de regno aduenae tradendo inuitis aliis eisque consanguineis (IX), qui et ipsi rerum potiundi spem conceperant. De Parthenopaeo enim fr. X intellegere quis dubitet, qui reputauerit quotiens *nemus* et *nemoralis* uoces de Atalanta eiusque filio a Statio usurpentur (cf. Theb. IV 254 264 276 285 287 IX 578 608 627 718 VI 633)? Quanta autem obstinatione regni illum raptorem propellere studuerint, ostenditur fr. IX (cf. VIII). Cursum institutum esse elucet fr. V, quocum conuenit adhortatio fr. IV. Num igitur ipsam Atalantam statuamus cum Parthenopaeo nondum fortasse cognito concertare? Quo autem consilio? Dubitanter fr. III ariolando ita interpretamur, ut coniugialem lectum suspicemur intellegi et cum nobili muliere matrimonium timeri. Vnde profectus Atalantam quispiam fingere possit necessitate nescio qua, ut in Teuthrante Augen, coactam esse ut sese et regnum promitteret ei, qui uictor eius in cursu extiterit. Ceterum de Parthenopaeo dici poterant, quae apud Paulum p. 94 extant (inc. fab. X) eisdem fere uerbis, quibus de eodem Aeschylus in Sept. 534 utitur: στείχει δ' ἴουλος ἄρτι διὰ παρηΐδων. Apud Nonium p. 477, 16 (inc. fab. V) num Mercerus apices *at ac* recte *Atalanta* interpretatus sit, non liquet. Certe non inepte Amphionem conicias Antiopam illis commiserari.

Iam restat Periboea, cuius tamquam argumentum minus feliciter Welckerus p. 1222 sqq. Oenidarum nescio quod de regno potiundo certamen proposuit, cuius Periboea ut nouerca particeps fuerit. Probabilius uidetur, Oenei Euripideam fabulam imitatum esse Pacuuium: certe argumentum idem in uniuersum fuit. Nam lamentationes Oenei quis non agnoscit fr. II III V, ad quae optime quadrat contumeliarum apud Euripidem (IX) descriptio:

> *πυκνοῖς δ' ἔβαλλον Βακχίου τοξεύμασιν*
> *κάρα γέροντος, τὸν βαλόντα δὲ στέφειν*
> *ἐγὼ 'τετάγμην ἆθλα κόσσαβον διδούς.*

Deinde eis quibus Diomedes ignotus etiam auo persuadere conatur, ut malorum ordinem ipsi explicet (IV), aliquatenus haec respondent Oenei (VI):

> *σχολὴ μὲν οὐχί· τῷ δὲ δυστυχοῦντί πως*
> *τερπνὸν τὸ λέξαι κἀποκλαύσασθαι πάλιν,*

qui uicissim de Tydeo uidetur inquisiuisse, agnito fortasse interim nepote secundum fr. VI et VII. Porro auum ulciscendi consilium secum uoluit Diomedes fr. VIII et IX, unde sociam miseriarum Periboeam Oeneo fuisse possis suspicari. Consilium autem subitum illud et Periboeae quales agendi partes fuerint, in ariolationibus positum est. Possis autem Periboeam, ut Cresphonte occiso Meropen, inuitam ab Agrio in nuptias raptam una cum Diomede eas inimicis insidias struxisse fingere, ut regno potiundi nouumque maritum interficiendi (X) uoluntate cum uno Agrii filio, Melanippo, cupido fortasse nouarum rerum communicata (XI), dissimulato tamen Diomedis aduentu ipsas inimicorum opes eis in exitium conuerteret. Et cum festo Bacchi die fabulam agi probabile fiat carminibus XXVII et XXVIII, festiuitate epularumque laetitiis securum aduersarium opprimendum statuere poterant coniurati (XII). Interim Agrii inter ipsum festi splendorem funesta praesagientem anxitudinem (XIV XV) amici uel filii alicuius leuitas uidetur castigare (XIII), Diomedes autem Iouis auxilio inuocato (XVI XVII) cum omnia, quibus ad rem bene gerendam opus erat, disponeret, Periboeae tutum ab armis refugium Liberi templum adsignare fr. XVIII. Iam quae ipsam caedem praecedebat

altercationis cum aduersario causam dicente initae has conlegimus reliquias: XIX—XXII. Sed in Oeneum quoque ab aduersariis inpetus uidetur factus esse, quem cum ad aram profugus euitasset, hostem ab eo arcere omnibus uiribus nititur (XXIII). Nam ne de insidiis illis ab Onchesto et Thersite exulibus ad Telephi in Arcadia aram Oeneo structis et a poeta huc forte translatis cogites, uetat quae fr. XXV et XXVI (conl. inc. inc. fab. CXIV) aperte praedicatur felicis euentus hilaritas. Neque clementiam senis ea ferocitas satis decebat, ut a sacro profugio tam atrociter hostem prohiberet. Contra Diomedis lenitatem patre, ut uidetur, occiso fratribusque in exilium actis Agrii filiorum unus, fortasse ipse Melanippus, frustra inplorat fr. XXIV. Coniectura huic fabulae inserendus est Diomedis patriam salutantis (inc. fab. XLI) uersus conlatis Euripideis his (I):

> ὦ γῆς πατρῴας χαῖρε φίλτατον πέδον
> Καλυδῶνος κ. τ. λ.

Aeschyleam nullam omnino fabulam ab ATTIO expressam esse quod contendit Ladewicus p. 2, uereor ne studio abreptus sua fecerit inmania illa: ‘pereant amici, dum inimici una intercidant.’ Cur enim alti poetae uelut Aegisthum siue Clytaemnestram (nam unam ex duobus titulis rectissime conflauit Duentzerus in Liu. Andr. p. 25) prorsus ab inlustrissimi Graecae poesis exempli imitatione alienam habeamus? Vide modo haec uestigia.

Aeg. II: Aesch. Agam. 1280:

> ἥξει γὰρ ἡμῶν ἄλλος αὖ τιμάορος,
> μητροκτόνον φίτυμα, ποινάτωρ πατρός.

Aeg. III: Aesch. 1350:

> ἐμοὶ δ' ὅπως τάχιστά γ' ἐμπεσεῖν δοκεῖ
> καὶ πρᾶγμ' ἐλέγχειν σὺν νεορρύτῳ ξίφει.

Aeg. IV: Aesch. 1619:

> γνώσει γέρων ὢν ὡς διδάσκεσθαι βαρὺ
> τὸ τηλικούτῳ σωφρονεῖν εἰρημένον

et 1632:

κρατηθεὶς δ' ἡμερώτερος φανεῖ

et 1639:

τὸν δὲ μὴ πειθάνορα
ζεύξω βαρείαις οὔτι μὴ σειραφόρον
κριθῶντα πῶλον,

quorum similia redeunt in septenariis apud Ciceronem de orat. III 40, 166 (inc. inc. fab. LXVII) seruatis.

Aeg. V: Aesch. 1636:

τὸ γὰρ δολῶσαι πρὸς γυναικὸς ἦν σαφῶς.

Clyt. II: Aesch. 501:

ὅστις τάδ' ἄλλως τῇδ' ἐπεύχεται πόλει,
αὐτὸς φρενῶν καρποῖτο τὴν ἁμαρτίαν

conl. 580:

τοιαῦτα χρὴ κλύοντας εὐλογεῖν πόλιν.

Praeterea quae Cicero de off. III 21, 84 (inc. fab. I) adfert, satis probabile est ex his fluxisse 807:

γνώσει δὲ χρόνῳ διαπευθόμενος
τόν τε δικαίως καὶ τὸν ἀκαίρως
. . . . .
πόλιν οἰκουροῦντα πολιτῶν.

Sane cetera aut uerbis aut rebus ab Aeschyleis discrepant. Nequeunt enim cum certis uersibus componi Cassandrae lamentationes (Aeg. I Clyt. VI VII) et chori uerba (Clyt. VIII), qui illius uaticinia in dubitationem uocare uidetur. Item ad Senecae magis lumina quam ad Aeschyli breuitatem apta est naufragii descriptio Clyt. III (conl. Senecae Agam. 471 sqq.), IV (conl. eiusdem 499 sqq.), V (conl. eiusdem 532 sqq.). Quibus Bergkius in Seru. Cass. part. III p. 19 addidit, quae apud Seruium in Aen. I 42 (inc. fab. II) extant (cf. Seneca 494 sq.). Clytaemnestrae uersus I incertum est utrum primum initio fabulae an ultimum caede perpetrata reginae ex aedibus egressum significet: dilacerata autem membra Clyt. IX coniectura tantum ad illa Clytaemnestrae 1374 referimus:

πᾶς γάρ τις ἐχθροῖς ἐχθρὰ πορσύνων, φίλοις

δοκοῦσιν εἶναι, πημονῆς ἀρκύστατ' ἂν
φράξειεν ὕψος κρεῖσσον ἐκπηδήματος.

Grauissimum restat, quod matris cum Electra disceptationem in exitu fabulae instituit Attius. Huc enim spectare Clyt. X (conl. Aesch. Agam. 1412 Choeph. 918) uidit Welckerus p. 1158: itaque Clytaemnestra intellegi potest apud Ciceronem ad Fam. IX 22 (inc. inc. fab. LXVIII) et in Orat. 46, 156 (inc. fab. VI). Ceterum eius argumenti, quod ex Hygini cap. 117 huc reuocauit, nulla sunt in reliquiis indicia. Repetita est haec fabula 'magnificentissimis post hominum memoriam ludis' datis a Cn. Pompeio iterum consule anno 698 u. c. in theatri a se extructi dedicatione. De quibus quae M. Mario scripsit Cicero ad Fam. VII 1 uide ad inc. poet. fab. VIII. Qui gestu excellebant, Clytaemnestrae partes sibi elegisse tradit Cicero de off. I 31, 114.

Io iam 'uagam' et exulem reliquiae exhibent. Nam et narratur de Argo custode uirgini adposito (I) et ab ignaris statuitur Inachus iratus fecisse (II), quod Iouem iussisse apud Aeschylum ipsa profitetur Prom. 670:

ἐξήλασέν με κἀπέκλεισε δωμάτων
ἄκουσαν ἄκων· ἀλλ' ἐπηνάγκαζέ νιν
Διὸς χαλινὸς πρὸς βίαν πράσσειν τάδε.

Quapropter non inepte huc referas inc. fab. XXIV. Item in ignotae originem inquiri uidetur fr. III. Iam uero Promethei Attianae unicum, qui extat, uersiculum ad uinctum pertinere maxime est probabile, quoniam quae Cicero in Tusc. disp. II 10, 13 et III 31, 76 ex Aeschylo transtulit, ex soluto Prometheo deprompta sunt, unde quae Attii nomine Nonius p. 17, 11 adfert: *sublime auolans Pennata cauda nostrum adulat sanguinem* olim a Nicolao Loënsi Misc. epiph. VIII 6 notata grammatici potius temeraria coniectura illi ascripta quam a Cicerone in ipsius uersionem clam nec agnoscente amico adsumpta uidentur. Et de tormentis Promethei uel ipse poterat dicere ut apud Aeschylum 268 sqq. uel ut u. 25: πάχνην θ' ἑῴαν ἥλιος σκεδᾷ πάλιν Vulcanus. Quo accedit, quod quae in Ciceronis de off. II 3, 13 (inc. inc. fab. LXXXV) loco Langius Vind. p. 36 latere uidit poetae membra, eis idem notauit optime conuenire Aeschylea 500 haec:

ἔνερθε δὲ χθονός
κεκρυμμέν' ἀνθρώποισιν ὠφελήματα,
χαλκόν, σίδηρον, ἄργυρον κ. τ. λ.

Quibus moueor ut Io et Prometheum eandem fabulam fuisse, fr. I autem in Ius aduentu Prometheum dixisse coniciam, qui pluribus apud Attium exposuerit, quae significasse 589 sqq. Aeschyleus satis habuit. Nec adeo pauca sunt, quae ludendo possis huc reuocare. Velut qui apud Graecum poetam Solem his inuocat 91: καὶ τὸν πανόπτην κύκλον ἡλίου καλῶ κ. τ. λ. Prometheus, quid ni idem anapaestos potuerit effundere a Censorino fragm. p. 96 (inc. inc. fab. XCIX) et a Varrone de L. L. VII 14 (inc. fab. XXII) seruatos? quibus Solem omnibus enarrare iusserit, quid ipse patiatur. Quid ni porro ille de se potuerit praedicare, quae Charisius p. 252 (inc. inc. fab. LXXXIII) et Priscianus p. 793 (inc. fab. XXIII) habent? solitudinemque, cuius ex Philocteta imaginem ad Metelli ingenium Ciceronem ad Att. I 18 (inc. inc. fab. LXXXIV) accommodasse probauit Hermanno Opusc. III 124 Silligius, eam quid ni Prometheus potuerit horrens describere? Inmobili idem constantia Iouis minas uili pendens apud Aeschylum 989 haec:

οὐκ ἔστιν αἴκισμ' οὐδὲ μηχάνημ' ὅτῳ
προτρέψεταί με Ζεὺς γεγωνῆσαι τάδε,
πρὶν ἂν χαλασθῇ δεσμὰ λυμαντήρια·
πρὸς ταῦτα ῥιπτέσθω μὲν αἰθαλοῦσσα φλόξ,
λευκοπτέρῳ δὲ νιφάδι καὶ βροντήμασιν
χθονίοις κυκάτω πάντα καὶ ταρασσέτω·
γνάμψει γὰρ οὐδὲν τῶνδέ μ' ὥστε καὶ φράσαι,
πρὸς οὗ χρεών νιν ἐκπεσεῖν τυραννίδος.

Vnde Attiano heroi quid ni ex Ciceronis Phil. XIII 21, 49 (inc. inc. fab. LXXXVI) similia quaedam reponas sane nec ab Achillis nec a Philoctetae nec ab Atrei persona aliena? Mercurius apud Aeschylum Promethei superbiam his increpat 1007:

λέγων ἔοικα πολλὰ καὶ μάτην ἐρεῖν·
τέγγει γὰρ οὐδὲν οὐδὲ μαλθάσσει κέαρ

λιταῖς· δακὼν δὲ στόμιον ὡς νεοζυγὴς
πῶλος βιάζει καὶ πρὸς ἡνίας μάχει κ. τ. λ.

quibus facile postea paulo aliter conformato reliquo sermone addi poterant uersus a Nonio p. 473, 6 (inc. fab. XXV) adlati, adfines illi ad sententiam septenario, qui apud eundem p. 305, 6 (inc. fab. XXVI) extat, ut in eadem fabula haec uelut a Robore potuerint proferri, cuius ipsius potentiam 'poetae nostri' uerbis usus Cicero pro Rabir. Post. 10, 28 (inc. inc. fab. LXXXII) extollit. Denique Varro in satura, cui nomen est Prometheo liberato, facile poterat unum et alterum Attii uersum in suum usum conuertere. Itaque non incommodum erit, quae ad hanc fabulam uideantur spectare posse, inde conligere. Sunt autem haec:

Humánae quondam géntem stirpis cóncoquit,
Frigús calore atque úmore aritúdinem
Miscéns (Non. 71, 22)

Tum ut si supernus córtex aut cacúmina
Moriéntum in querqueto árborum aritúdine (Non. 199, 25)

Mortális nemo exaúdit, sed late íncoléns
Scythárum inhospitális campis uástitas (Non. 417, 14)

Leuís mens numquam sómnurnas imágines
Adfátur, non umbrántur somno púpulae (Non. 172, 3)

ego infelix nón queam
Vim própulsare atque ínimicum Orco inmíttere.
Nequíquam saepe aerátas manuis cómpedes
Conór reuellere (Non. 28, 2 conl. Lachmanno in Lucr. p. 141)

atque exsánguibus
. . . . dolore éuirescát colos (Non. 101, 31).

At, ne quid celem, Oceani et Promethei dilogium 377—380 Cicero ipse uertit in Tusc. disp. III 31, 76.

Omnino uero hinc expellendus est, qui apud Priscianum p. 677 et Macrobium Sat. VI 5 extat uersiculus. Quorum auctoritate restituenda Attio M i n o t a u r u s s i u e M i n o s fabula, quam Euripidem quoque constat in Theseo tractauisse. Et quadrant ad nostrum frustum Euripidea VI:

σύμμικτον εἶδος κἀποφώλιον βρέφος

et: ταύρου μεμίχθαι καὶ βροτοῦ διπλῇ φύσει.

Aeschyleum porro titulum prae se fert **Myrmidonum** fabula, qua quamquam totam Patrocleam expositam fuisse probabile est, reliquiae tamen nihil ultra legatorum cum Achille disceptationem continent, sed eam ad Homeri exemplar, cui Aeschylum et ipsum constat fideliter solitum esse obtemperare, accurate adumbratam. Nam praeter sex illos, quibus Antilochum Achilles refutat, uersus (I) et quae ad Aiacem aptius quam ad Antilochum referuntur opprobria fr. IV Hermannus Opusc. V 140 animaduertit fr. II compositum esse ad Homeri similitudinem IX 358:

νηήσας εὖ νῆας, ἐπὴν ἅλαδε προερύσσω;
ὄψεαι, ἢν ἐθέλησθα καὶ αἴ κέν τοι τὰ μεμήλῃ,
ἦρι μάλ' Ἑλλήσποντον ἐπ' ἰχθυόεντα πλεούσας
νῆας ἐμάς, ἐν δ' ἄνδρας ἐρεσσέμεναι μεμαῶτας

(sed cf. Schoellius p. 348), et ingratum Achiuis animum ab Achille obici fr. III, ut apud Homerum IX 316:

ἐπεὶ οὐκ ἄρα τις χάρις ἦεν
μάρνασθαι δηίοισιν ἐπ' ἀνδράσι νωλεμὲς αἰεί,

eodemque pertinere uidentur, quae apud Festum p. 190 (inc. inc. fab. XXVII) extant conl. Homero IX 321:

οὐδέ τί μοι περίκειται, ἐπεὶ πάθον ἄλγεα θυμῷ

et 332:

ὁ δ' ὄπισθε μένων παρὰ νηυσὶ θοῇσιν
δεξάμενος διὰ παῦρα δασάσκετο, πολλὰ δ' ἔχεσκεν.
ἄλλα δ' ἀριστήεσσι δίδου γέρα καὶ βασιλεῦσιν·
τοῖσι μὲν ἔμπεδα κεῖται, ἐμεῦ δ' ἀπὸ μούνου Ἀχαιῶν
εἵλετ', ἔχει δ' ἄλοχον θυμαρέα.

In ceteris quoque Iliacum carmen fere in actus deductum est. Nam quod Phoenix seuere alumni castigat obstinationem fr. V, eisdem prope uerbis et ipse utitur IX 496:

ἀλλ' Ἀχιλεῦ δάμασον θυμὸν μέγαν· οὐδέ τί σε χρή
νηλεὲς ἦτορ ἔχειν

et cuius praecepta laudat, Peleus 255:

σὺ δὲ μεγαλήτορα θυμόν

ἴσχειν ἐν στήθεσσι· φιλοφροσύνη γὰρ ἀμείνων·
ληγέμεναι δ' ἔριδος κακομηχάνου κ. τ. λ.

quae fortasse repetuntur uersu, quem ex Achille Attii Nonius attulit, II. Quo titulo quod posui I, eo ne desidiae et perfidiae crimen apud maleuolos incurrat, Achilles cauere iubetur. Et Phoenix ipse de 'honestitudine' eius uidetur uel dubitare uel simulare dubitantem secundum Myrm. VI. Magna enim grauitate 'illum fortissimo uiro seniorem magistrum' apud Attium perorasse eis apparet, quae ex Ciceronis oratione p. Mur. 29, 60 (inc. inc. fab. XXVIII) huc asciuit Ladewicus p. 3, quaeque hinc sumpta esse idem probabile reddidit adposito Achillis responso fr. VII. Cuius uerecundia dissuadetur ne de Phoenice potius intellegamus fr. IX quam de Patroclo, qui cum Myrmidonum inpatientiam ambitiosius fortasse descripsisset, inridens ei Achilles inperium se traditurum spondere uidetur Achill. III et Myrm. VIII, quo qui illa IX 616: ἶσον ἐμοὶ βασίλευε καὶ ἥμισυ μείρεο τιμῆς expressa uolunt, eis Agamemnonem ipsum praesentem loqui statuendum est, quod intellexit Schoellius p. 452.

Pro eisdem Myrmidonibus habere possis Hellenes, unde duo uersus extant, quorum alterum inter conuitia ab Achille in Atridas iactata inseras, altero conicias Patrocli uirtutem celebrari. At certius Iolcum a Peleo expugnatam innuunt quae Festus habet p. 372 (inc. fab. XIV), quibus qui praedicatur Pelei uigor non conuenit grandaeuo opibusque deiecto, quem a Neoptolemo reduce in integrum restitui finxit Welckerus p. 1046. Et uide an Apollodorus quoque Astydameae potius supplicium tractauerit.

Artissimo autem uinclo, ut Aeschyli Nereides, Myrmidonibus uidetur adiuncta fuisse Epinausimache, cuius exordio Achillem de ulciscendo Patroclo cum amicis egisse ualde probabiliter coniecit Hermannus Opusc. V 151. Nam cum inermem se in pugnam proditurum uersu I, nec tam de inpedimentis uictoriae cogitandum quam summi uiri, cuius manibus satis faciendum sit, imaginem proponendam profiteatur II, cautiora audaciae eius consilia opponuntur fr. III et IV. Deinde cum Thetide Achillem conlocutum esse ingeniose coniecit Schoellius p. 388: suadendi

enim ut altera, ingloriae ni mirum senectutis, sorte electa in patriam redeat, filium respondere fr. VII. Eiusdemque materna consilia repudiantis nescio an fuerit uersus VIII. Proelium porro et Achillis cum Hectore certamen primum nuntii relatu exponitur fr. IX—XI, deinde ipsius Achillis ex pugna reuersi gloriatione XII, qui de Hectoris terriculamentis iamiam innoxiis disserens (XIII) fr. XIV ea commemorasse Bothio uidetur, quae apud Homerum VII 74 Hector iactauit. Postea fortasse Troianorum captiuis, quos secum adduxerat, ius dixit fr. XV. Quae omnia, nisi quod de fr. XV et XIV aliquantum fortasse sapientior nihil statuit uir summus, conueniunt nobis cum Hermanno. De Hectoris tamen corpore reddito quae in Ciceronis Tusc. disp. I 44, 105 (inc. fab. XIII) loquitur Achilles, non est cur singulari fabulae aliunde non cognitae deprompta esse eidem et Schoellio p. 419 et Nieberdingio p. 17 adsentiare, quoniam Hectoris Lustra eiusque caedem Ennius quoque in eandem fabulam coegit. Itaque quibus initio fabulae Achillem in pugnam properantem ab amicis retineri coniecit Hermannus, XVI, ea Priamo damus cum Schoellio p. 436, qui de uerborum XVII nebulis circumspecte disseruit. Restant denique, quae nullo titulo insignita incerta coniectura huc trahimus. Poterat enim, postquam sociorum cladem miserandam matri proposuerat (VIII), eis, quae apud Rufinum de metr. Ter. p. 2707 P. (inc. fab. XI) extant, Troianorum superbiae minari, ut apud Homerum XVIII 125:

γνοῖεν δ' ὡς δὴ δηρὸν ἐγὼ πολέμοιό πέπαυμαι

quamquam non minus huc quadrant XVI 70:

οὐ γὰρ ἐμῆς κόρυθος λεύσσουσι μέτωπον
ἐγγύθι λαμπομένης.

Praeterea mortuo amico fortasse pertinaciam suam detestabatur eis, quae Diomedes p. 380 (inc. fab. IX) habet, ut apud Homerum XVIII 107:

ὡς ἔρις ἔκ τε θεῶν ἔκ τ' ἀνθρώπων ἀπόλοιτο,
καὶ χόλος κ. τ. λ.

utque omnem corporis curam, priusquam Patrocli memoriae satis factum sit, recusat apud eundem Achilles XIX 208:

ἐπὴν τισαίμεθα λώβην.

πρὶν δ᾽ οὔ πως ἂν ἔμοιγε φίλον κατὰ λαιμὸν ἰείη
οὐ πόσις οὐδὲ βρῶσις

et XXIII 44:

οὐ θέμις ἐστὶ λοετρὰ καρήατος ἆσσον ἱκέσθαι
πρίν γ᾽ ἐνὶ Πάτροκλον θέμεναι πυρὶ σῆμά τε χεῦαι.

ita similia eis uideri possunt, quae apud Priscianum p. 658 (inc. fab. XII) extant.

Homero interprete utimur etiam in Nyctegresia, quem titulum altera, quae est Nyctegersia, forma probabilius Attianae fabulae tribui satis demonstratur, ut Welckerus p. 1104 uidit, Pauli p. 78 notatione: *egretus et adgretus ex Graeco sunt ducta a surgendo et proficiscendo: unde et Nyctegresia quasi noctisurgium.* Graecorum autem in castris fuisse 'noctisurgium' satis superque docent reliquiae, quibus uariam et multiplicem operam dederunt Duentzerus in Ephem. Darmst. 1839 p. 418 sqq., Hartungus I 14 sqq., Schoellius Symb. p. 449 sqq., Nieberdingius (Ilias Homeri ab L. Attio poeta in dramata conuersa p. 9 sq.), Vaterus in Eurip. Rhes. p. XIII. Vnde quod redundaret bonae frugis conlegit Welckerus p. 1102 sqq. et 1139 sqq. Et recte Duentzerus uersiculum, quo Cicero Tusc. disp. III 26, 62 (inc. fab. XIX) utitur, huic fabulae restituit conl. Homero X 15:

πολλὰς ἐκ κεφαλῆς προθελύμνους ἕλκετο χαίτας

quamquam eum Agamemnonis dolorem in exordio fabulae ab alio potius quam in concilio ab ipso putamus narrari. Quod cur conuocauerit, et rex ipse explicare adgreditur fr. III, et ualde probabiliter Welckerus p. 1142 suspicatur, oraculi illius notitiam eum accepisse, quod praeter Homeri in Il. X, 435 scholiastam Seruius tradit in Aen. I 469: 'Rhesus rex Thraciae . . . qui cum ad Troiae uenisset auxilia clausisque iam portis tentoria locauisset in litore, Dolone prodente, qui missus fuerat speculator, a Diomede et Vlixe est interfectus, qui et ipsi speculatum uenerant: *abductique sunt equi, a quibus pendebant fata Troiana: ut, si pabulo Troiano usi essent uel e Xantho Troiae fluuio bibissent, Troia perire non posset*' (cf. Mythogr. I 203). Quibus addi po-

test eiusdem in Aen. II 13 notatio: 'fatisque repulsi] ... secundum Plautum tribus ... secundum alios uero plurima fuerunt fatalia Troianis: *ut de Aeaci gente aliquis interesset ... ut Rhesi equi tollerentur a Graecis: ut Herculis interessent sagittae.'* Vt ad nostram fabulam fortasse haec quoque referenda sint in Aen. XII 347: 'hic Dolon ... cum isset, obuios habuit Diomeden et Vlixen similiter exploratores missos ad castra Troiana, *captusque ab eis et tormentis adactus exposuerat tam consilia Troianorum quam Rhesi aduentum, qui equos fatales adduxerat in auxilium Troianorum, quem Diomedes et Vlixes uinctum ad arborem relinquentes* [cf. Il. X 443] *profecti ad castra Troiana occiso Rheso abductis equis redeuntes occiderunt.'* Minerua autem si fatum illud somnianti aperuit, potuit fortasse uaticinando, quae nauibus pericula inminerent, praedicare (I et II), quamquam ne a Calchantis quidem officio scientia illa aliena erat. Iam quod cetera attinet, Diomedem fr. VI uiderunt Homericis uerbis uti X 243:

πῶς ἂν ἔπειτ' Ὀδυσῆος ἐγὼ θείοιο λαθοίμην;

Et equos Rheso se subducturum esse uel idem spondet fr. IV uel Vlixes. Postea missis speculatoribus Agamemnonis misericordiam scilicet simulantis temeritas poterat uelut a Thersite castigari (IX), cuius malitiosa inuidia, ni fallor, etiam fr. X increpatur. Ad Vlixis ingenium manifesto quadrat fr. VII, et ad Dolonis ignauiam fr. VIII, quod recte animaduertit Vaterus in Eur. Rhes. p. XIV, qui quod chori apud Rhesi poetam uerbis conlatis his 535: *ἀὼς δὴ πέλας ἀὼς γίγνεται, καί τις πρὸ δόμων· ὅδε γ' ἐστὶν ἀστήρ* Attii anapaestos inc. fab. XX huc rettulit, non potest inprobari, modo ne de structura fabulae nostrae inde quicquam adfectes enucleare.

Telepho queque auctorem Aeschylum adoptarunt Geelius in Annal. Inst. Belg. 1830, Welckerus p. 31, Otto Jahnius (de Telepho et Troilo p. 38 sqq.), quorum iudicio lubentius subscribo quam Hartungi I 196 sqq. studio, qui Euripidi addictus hos incertae fabulae uersus (XXXVII):

εἰ τοῖς ἐν οἴκῳ χρήμασιν λελείμμεθα,
ἡ δ' εὐγένεια καὶ τὸ γενναῖον μένει

Attium fr. VI interpretatum esse sibi persuasit, quod quantum ualeat, expendit Ladewicus p. 3. Idem autem illum argumentum tractasse euincit primum Troiani belli mentio (I), sine illa in prologo siue discrimine orto, quod Jahnio p. 39 placuit, postea fiebat. Militum longae desidiae inpatientium querellas (II) agnouit Welckerus, eodemque carmine totius poterat exercitus moles extolli, si hinc sua sumpsit Cicero de fin. II 6, 18 (inc. inc. fab. XVIII). Aduenae, cuius habitus describitur septenariis III IV, cuiusque nobilem speciem intuens admiratur quispiam fr. V, eius igitur uerba altitudinis candore splendidissima sunt VI VII VIII, quae qui dixit, eundem decent quae Cicero Orat. 43, 117 (inc. inc. fab. XIX) et quae Charisius p. 254 P. (inc. inc. fab. XX) adferunt. Nec tamen ea uidentur ad beneuolas aures accidisse. Nam increduli potius fastidium quam religiosi confidentiam indicat diuersarum uaticinationum coaceruatio (IX). Cui qui ab altera parte praetendebat oraculorum auctoritatem, ad eum refero fr. XI. Atque nescio an idem ille philosophus de ipso Ioue sese dubitare iactauerit (X), qui neque unde ortus sit neque an sit omnino, umquam potuerit inuestigari. Nam de Telephi obscura origine ne cum Jahnio putemus frustra quaesitum esse, dissuadet uocula *umquam*. Pugnam in Mysia commissam cur tanto tumore coram Graecis, qui ei interfuerant, Telephus inlustrauerit fr. XIV et XV, debebat Hartungus p. 207 explicare, qui in naufragio quoque, quod finxerit ille, narrando (XIII) diligentiorem, quam opus erat, fecisse uidetur supplicem. Quae non uidemus quo spectent nisi ad armorum discrimen, quo ex periculis (XII) se expedire conatus sit Telephus, sociorum scilicet, quos clam secum aduexerat, auxilio adiutus. Orestem uero in nauem illam deportatum esse diuinans Hermannus Grotemeyer de L. Attii tragoediis p. 28 quantum sapiat, non audeo internoscere. Cuius inuenta, quorum absoluta demum nostra opella notitiam accepimus, cum raro ita sint comparata, ut uel inpugnari possint sine dedecore, aliis eum fontem exhauriendum maxima ex parte reliquimus.

In **Philocteta** quid ex quoque poeta non adsumpserit Attius, facilius discernas, quam quod potissimum secutus sit exemplum cum aliqua probabilitate efficias. Velut quod Aeschyli auc-

toritatem Welckerus de trilog. p. 8 not. 7 et in Mus. Rhen. 1837 p. 467 sqq. et Hermannus Opusc. III 116 conl. praef. ad Soph. Phil. p. XVII poetam nostrum expressisse statuerunt, id, nisi forte ad decantatam illam nescio quam grandiloquentiam, quam eandem reperies uelut in Phoenissis, confugias, reliquiarum certe indiciis distinctis prope nullis confirmatur. Neque enim *draconis* (XXII) nomini nimium tribuerim, quod sane in his (234):

οὐ γὰρ δράκων ἐνῆκεν, ἀλλ' ἐνῴκισεν
δεινὴν στομωτὸν ἔκφυσιν, ποδὸς λαβών

(cf. Schneidewinus Philologi IV 658) Aeschylus usurpauit, cum Sophocles, quibus solis uulneris auctorem commemorauit, locis duobus (267. 632) dixerit ἐχίδναν, de Euripide uero nihil constet. At enim uero constat prologum Attianae fabulae neque ab Vlixe et Neoptolemo, ut apud Sophoclem, neque a solo Vlixe, ut apud Euripidem actum esse: quando quidem in principio anapaestis I Vlixem laudari testatur Appuleius. Qui si accurate scripsit, non potuit sane ab indigenis aduena celebrari illo carmine. Sed ita ille uenerabundae laudis tumor a Mineruae maiestate abhorrere uidetur, ut de comitibus Vlixis felicem in insula aduentum gratulantibus cogitare malim, quam, ut Hermannus et Welckerus, deae officio fungentis fastidiosam uerbositatem admittere. Certe Appuleium Mineruae partibus fauere Schneidewinus l. l. p. 657 minus recte his apud illum uerbis probaturus fuisse uidetur: 'nouissime patrem memorat. Ceterum omnes laudes eius uiri audisti. Nihil inde nec Laertes sibi nec Anticlia nec Arcisius uindicat. Haec tota, ut uides, laudis huius propria Vlixi possessio est. Nec aliud te in eodem Vlixe Homerus docet, qui semper ei comitem uoluit esse prudentiam, quam poetico ritu Mineruam nuncupauit.' Quibus non adsequor quid exquisiti innuatur praeter haec: 'ut nihil in laudibus illis alieni inest, ita Homerus quoque summam Vlixis gloriam eam uoluit esse, ut perpetuam ei comitem induceret Mineruam, h. e. prudentiam.' Confidentius adsentior Hartungo I 355 non nisi ipsos Lemnios uersibus II, quibus post 528 anapaestos ex Ciceronis de nat. deor. I 42, 119 (inc. inc. fab. XXXVII) inserendos uidit cum C. Beiero Hermannus, tam docte potuisse de patria disserere: nam deae dignitatem non tam

doctrina illa dedecet quam non necessaria docentis inportunitas. Itaque ne id quidem, quod magis ad rem pertineret, utrum in urbe an in agro habitaret Philocteta (III), est cur ex dea potius quam ex homine indigena quaesitum putemus. Nec profecto deae magnanimitas miseri uel terriculamenta clienti apte exaggerabat (IV VII) uel uictu et uestitu curiose examinanti describendo (V) otio poterat abuti. Iam uero Aeschylum scimus hospitis ignaros induxisse Lemnios, ab Euripide contra Actora Philoctetae tamquam familiarem fingi. Eam igitur personam adoptare potuit Attius, quamquam uel in eo ab Euripidis arte discedens, quod non in Philoctetam primum, sed in Vlixem incidere chorum fecit. Quod si probabiliter conieci, et quae in Aen. I 122 (inc. fab. XXI) Seruius exhibet, conlata cum Philoctetae apud Sophoclem his 220:

τίνες πότ' ἐς γῆν τήνδε ναυτίλῳ πλάτῃ
κατέσχετ' οὔτ' εὔορμον οὔτ' οἰκουμένην;

interrogare et cetera interroganti explicare poterat Actor, ut huc referam III—VII. Deinde secutum esse puto canticum illud splendidissimum II. Porro quoniam septenariis ignotum aduenam adloquitur Philocteta, sedatiora VIII—XII uel postea narrabat uel primo scenam ingressus cum choro, ut apud Aeschylum, lamentabatur. Nam ne ab alio haec prodita uideantur, cauent, ni fallor, consuetudinis cum miseria contractae haut ambigua indicia. Iam utrum cum Vlixe siue Diomede, quos non agnouerit, an cum Neoptolemo confabulatus sit Philocteta uersibus XIII—XVI, non liquet. Quamquam non praetereundum est, quod Sophoclem Attio auctori fuisse suspicabatur uelut Nicolaus Loënsis in Misc. epiph. VIII 8, id nonnullorum uersuum ex hac potissimum fabulae parte sumptorum similitudine leuiter potuisse comprobari. Nam et in fr. XIV satis quadrant Sophoclea haec 225:

καὶ μή μ' ὄκνῳ
δείσαντες ἐκπλαγῆτ' ἀπηγριωμένον·
ἀλλ' οἰκτίσαντες κ. τ. λ.

et cum uersu XV conueniunt uel haec 311:

ἀλλ' ἀπόλλυμαι τάλας
ἔτος τόδ' ἤδη δέκατον κ. τ. λ.

uel eiusdem preces 470:

μὴ λίπῃς μ' οὕτω μόνον,
ἔρημον ἐν κακοῖσι τοῖσδ', οἵοις ὁρᾷς,
ὅσοισί τ' ἐξήκουσας ἐνναίοντά με.

Nec negabis, spero, ualde probabiliter Muretum, quae ex Quintiliano VIII 6, 10 (inc. inc. fab. XXXV) elicuit, de Achillis morte esse interpretatum, quam apud Sophoclem 334 Neoptolemus his tetigit:

τέθνηκεν ἀνδρὸς οὐδενός, θεοῦ δ' ὕπο,
τοξευτός, ὡς λέγουσιν, ἐκ Φοίβου δαμείς.

De armorum autem iudicio explicatius actum esse cum innuat Philoctetae indignatio XVI, poterant in hac fabula etiam dici, quae de caede Aiacis Cicero pro Scauro §. 3 (inc. inc. fab. XXXIV) suis inseruit. — Sed ne Euripideae quidem artis, quam post Scaligerum Coni. p. 101 et Naekium Opusc. I 77 inuestigasse sibi uisus est Hartungus, nulla in relqiuiis uestigia extant: modo ne soli Quintiliani V 10, 84 nescio cui auctoritati cum Ladewico p. 3 sq. inhaereas, quae nulla est, si Paridis nomen in Attii uersum recte reiecerunt Hermannus et Schneidewinus l. l. p. 656. Verum praeter ea, quae de Actoris persona supra monui, Troianorum sane legatorum promissa nescio an repetantur fr. XVII: certe aliqua causa statuenda est, qua commotus Phrygiae potissimum prae Graeciae inmanitate clementiam Philocteta extolleret. Quibus quantillum Paridis execratione (XVIII) momenti accedat haut nescius tamen facilius Troianorum praesentia quam sua cogitatione in eam sententiam opinor adduci potuisse Philoctetam. Cuius lamentis XIX adposuisse iuuabit Euripidis ex incerta fabula (inc. fab. XL) haec:

ὅστις δὲ λύπας φησὶ πημαίνειν βροτούς,
δεῖν δ' ἀγχονῶν τε καὶ πετρῶν ῥίπτειν ἄπο,
οὐκ ἐν σοφοῖσιν ἐστίν, εὐχέσθω δ' ὅμως
ἄπειρος εἶναι τῆς νόσου ταύτης ἀεί

quae pro Iocasta in Oedipode dicta fuisse suspicatur Welckerus p. 547, nec nego similitudinis illius et uagam speciem esse et posse esse fallacem. Quod restat, incultissimae orae rigorem

prae commercio cum Atridis iterum conciliando a Philocteta praeoptari fr. XX uidit Hermannus p. 128. Qui uereor ne minus feliciter coniecerit de cursu, qui naui tenendus esset, in exitu fabulae actum esse secundum ea, quae Varro de L. L. VII 19 (inc. fab. XXVIII) habet: Samothraciam, quae Troia Lemnum proficiscentibus ad dextram sita sit, intellexit Bothius. Denique Vlixis siue sociorum eius in exordio fabulae poterat esse anapaestus a Festo p. 356 (inc. inc. fab. XXXVI) seruatus, quem non ex Philocteta depromptum esse non tam certo uidentur Festi uerba docere quam post Vossium contendit Hermannus p. 118.

At optimo iure ex Armorum iudicio Hermannus Opusc. VII 365 sqq. Sophoclea quaedam repetiit, quae uix possunt sine Sophoclei ingenii detrimento uideri ex Aeschyli fabrica prodisse: nisi forte Theodectas uel Astydamantes ipsos sumis contaminasse. Alia fateor esse leuidensia, quae nihil nisi numerum efficiant. Sed uide singula. Victus iudicio (eum enim 'damnatum' esse uidit Bothius) patris meminit Aiax fr. VII, his autem apud Sophoclem 462:

καὶ ποῖον ὄμμα πατρὶ δηλώσω φανεὶς
Τελαμῶνι;

Sententiola VIII conspirat cum his:

531 καὶ μὴν φόβοισί γ' αὐτὸν ἐξελυσάμην
533 μὴ σοί γέ που δύστηνος ἀντήσας θάνοι
535 ἀλλ' οὖν ἐγὼ 'φύλαξα τοῦτό γ' ἀρκέσαι

quibus Tecumessa quod Astyanactem a patre abstinuerit excusat. Vnde quae Hermannus Aiacem fingit respondere (IX), nostris sane melius quadrant ad illa 534:

πρέπον γέ τἂν ἦν δαίμονος τοῦ 'μοῦ τόδε

et 536:

ἐπῄνεσ' ἔργον καὶ πρόνοιαν, ἣν ἔθου.

Sed potuit Attius rem ita instituere, ut prius filiolum desideraret Aiax quam insaniae monumenta animaduerteret. Tamquam lac lacti simile est patris uotum X his 550:

ὦ παῖ, γένοιο πατρὸς εὐτυχέστερος,
τὰ δ' ἄλλ' ὅμοιος· καὶ γένοι' ἂν οὐ κακός.

Versu XI, qui Latine concedunt Attium locutum esse, non possunt non Tecumessae modestiam cum Grotio Bibl. crit. nou. IV et Hermanno agnoscere, qui Sophoclea contulit haec 489: *νῦν δ' εἰμὶ δούλη* et 491: *εὖ φρονῶ τὰ σά. Καί σ' ἀντιάζω κ. τ. λ.* Denique loci XII et XIII (si recte pro septenarii particula habetur XII) cui non redire uidentur in his nuntii uerbis 762:

κεῖνος δ' ἀπ' οἴκων εὐθὺς ἐξορμώμενος
ἄνους καλῶς λέγοντος εὑρέθη πατρός.
ὃ μὲν γὰρ αὐτὸν ἐννέπει· τέκνον, δορὶ
βούλου κρατεῖν μὲν, σὺν θεῷ δ' ἀεὶ κρατεῖν.
ὃ δ' ὑψικόμπως κἀφρόνως ἠμείψατο·
πάτερ, θεοῖς μὲν κἂν ὁ μηδὲν ὢν ὁμοῦ
κράτος κατακτήσαιτο κ. τ. λ. —?

Quod autem extrema XIV et XV nihil in Graecis habent quo referantur, hoc inde est, quod et conciliauit cum Teucro Atridas et Vlixis generositatem amplius exornauit poeta noster. Disputationis membris II—VI etiam Hermanno auctore licet adicias quae Rhetor ad Herennium II 26, 42 (inc. inc. fab. XXX) et quae Charisius p. 252 (inc. inc. fab. XXXII) seruarunt, nec inprobabiliter ea, quae Cicero de off. III 26, 98 (inc. inc. fab. XXXI) habet, ibidem inseruit cum Bothio Bergkius de fragm. Soph. p. 9. His autem criminibus Vlixes opponere poterat ipsius Achillis exemplum ex mulierum turba a se olim subrepti, si quidem huc, non ut O. Muellero uidetur ad Medeae fugam, spectant quae apud Festum p. 142 (inc. fab. IV) leguntur. Chori suspitionem 583:

δέδοικ' ἀκούων τήνδε τὴν προθυμίαν.
οὐ γάρ μ' ἀρέσκει γλῶσσά σου τεθηγμένη

Attius fortasse reddidit eis, quae Cicero de orat. III 39, 158 (inc. inc. fab. LXI) laudat.

In Antigona Sophoclis exemplum ita Attius adhibuisse putari potest, ut quae apud illum narrantur tantummodo, in ipsa scena repraesentatis cetera, quoad licuit, accommodaret. Dormientibus enim, quorum uigilias coram spectatoribus actas arguunt carmina III et IV, custodibus initio fabulae Antigona uidetur Polynicis ex-

equias procurasse. De quibus exequiis postea narrari poterant quae Varro de L. L. VII 24 (inc. inc. fab. CXXII) habet. Deinde autem expergefactorum secuta perturbatio, irae et inperia Creontis, comprehensa denique, quae ad fratrem uisendum iterum prodierat, Antigona. Cuius querellae V aliquantum Sophocleae excedunt modestiam 921:

ποίαν παρεξελθοῦσα δαιμόνων δίκην;
τί χρή με τὴν δύστηνον εἰς θεοὺς ἔτι
βλέπειν; τίν' αὐδᾶν ξυμμάχων; ἐπεί γε δή
τὴν δυσσέβειαν εὐσεβοῦσ' ἐκτησάμην.

Sororum disceptationem malim ad alterum Antigonae exitum referre quam ad prologum, quod non nisi inceptam aliquo modo rem perturbare ac resupinare Antigona apte dici poterat. Nec primo statim conatu suspectam, sed uerbis aut re conuictam demum custodes ex occulto speculantes (III) uidentur comprehendisse. Tiresiam ut auscultet monetur Creon fr. IV, ut chori apud Sophoclem uerbis his 1091: ἀνήρ, ἄναξ, βέβηκε δεινὰ θεσπίσας κ. τ. λ.

Epigonorum fontem indicat, qui Ciceroni de opt. gen. orat. 6, 18 sua interposuit: *eidem Andriam et Synephebos, nec minus [Terentium et Caecilium quam Menandrum legunt, nec] Andromacham aut Antiopam aut Epigonos Latinas recipiunt [sed tamen Ennium et Pacuuium et Accium potius quam Euripidem et Sophoclem legunt*]. Vnde qui 'presse' Attium in Epigonis Sophoclis exemplar secutum esse conclusit Ladewicus p. 26, ei non subisse uidetur Terentii Andria ex Menandri Andria et Perinthia contaminata. Quamquam quae extant utriusque poetae reliquiae nihil habent, quo alterum ab altero differre appareat. Immo conueniunt etiam in quibusdam. Quae enim non satis apte Welckerus p. 276 Eriphylae causam dicenti (Eriph. 204):

ὅπου δὲ μὴ τἄριστ' ἐλευθέρως λέγειν
ἔξεστι, νικᾷ δ' ἐν πόλει τὰ χείρονα,
ἁμαρτίαι σφάλλουσι τὴν σωτηρίαν

his igitur quae Welckerus respondentem fecit Alcmaeonem (Eriph. 209): ὦ γλῶσσ', ἐν οἷσιν ἀνδράσιν τιμὴν ἔχεις, Ὅπου λό-

γοι σθένουσι τῶν ἔργων πλέον, eis (conl. 203: ἀνδρῶν γὰρ ἐσθλῶν στέρνον οὐ μαλάσσεται) ignauiam potius et segnitiem eius putamus reprehendi, qui turbidis consilium et prudentiam suaserat uersibus 204. Sed apud nostrum quoque sociorum bellum efflagitantium inpatientiam, quo recte rettulit Welckerus fr. I et III, reprimit Alcumaeo nihil caeco inperiti ardore profici monens fr. II, quod miror ad parricidam facinoris cogitatione uel stupefactum a Welckero p. 274 uel consternatum a Ladewico p. 28 trahi potuisse. Nec uerendum est, ne noua potius Thebis iamiam expugnatis bella initio fabulae efflagitari quisquam sibi a Grotemeyero p. 47 persuaderi patiatur. Certe seniorum aspectum iam non debebant fugere (I), qui modo ipsorum patrum ultores euaserant ualidissimi. Deliberationem autem illam excepit cum Amphilocho conloquium (IV), quo clam fratrem — nam ceteri omnes ignorabant (V) — consilii participem fecit Alcumaeo. Finxit enim tantummodo Ladewicus p. 27 ab oraculo redeuntem illum magna cum uoluptate accipi, quae quomodo 'exprimatur' uerbis IV, non uideo. Sed Apollinis iussum suique animi turbas proferenti (VI) non uidetur Amphilochus obtemperaturus, sed matris salutem fratris caritati posthabiturus fuisse secundum fr. VII, quod sic saltem intellegi potest. Welckeri de responso nutrici deprecanti dato interpretatio quomodo cum uerbis conueniat, non adsequor. Prolem autem Amphiarai degenerem inuocato patre reprobasse Sophoclis Alcmaeonem docemur Ciceronis Tusc. disp. II 25, 60 hac narratione: 'cum ex renibus laboraret [Heracleotes Dionysius], ipso in eiulatu clamitabat falsa esse illa, quae antea de dolore ipse sensisset ... tum Cleanthen, cum pede terram percussisset, uersum ex Epigonis ferunt dixisse: *audísne haec, Amphiaráe, sub terram ábdite?* Zenonem significabat, a quo illum degenerare dolebat.' Qui uersus etsi minus prudenter uulgo Attio uindicatur, tamen credibile est, quod in Coni. p. 8 proposui, excitum ex Orco Amphiaraum de misera animarum apud inferos sorte conqueri fr. VIII. Et quibus patriae memoria exornatur (IX), grauius nescio quid ea quoque atque elatius sonant, quod uati potius ad uiuos redeunti quam uelut Thersandro conueniat. Quid igitur, si hinc eiusdem uerba usurpauerit Cicero de inu. I 50, 94 (inc. inc. fab.

LXXVII)? quem in epistularum ad Fam. VI 6 (inc. inc. fab. LXXVIII) cum ipso Amphiarao loqui tantum non certum est. Iam in extremo fabulae actu frustra Eriphyla de periculo inminenti a Demonassa certior facta (XI) incidit pauida (XII) subito in ultorem (XIII). Et Sophoclis uersibus (195): *ὦ πᾶν σὺ τολμήσασα καὶ πέρα, γύναι, Κάκιον ἄλλ' οὐκ ἔστιν οὐδ' ἔσται ποτέ Γυναικός, εἴ τι πῆμα γίγνεται βροτοῖς.* 202: *ἀρετῆς βέβαιαι δ' εἰσὶν αἱ κτήσεις μόναι* matris auaritiam castigari, fr. 206: *γῆρᾳ προσήκων σῶζε τὴν εὐφημίαν.* 208: *καὶ γὰρ Ἀργείους ὁρῶ.* Aesch. 51: *ὀλόμενε παίδων, ποῖον εἴρηκας λόγον;* — his igitur filii pietatem et misericordiam inplorari uidit Welckerus p. 275, eodemque Attiana pertinent XV et XIV, cui quasi responsum extat apud Ciceronem de fin. II 22, 71 (inc. inc. fab. LXXX). Haec uero: *ἄπελθ'· ἐκείνης ὑπνὸς ἰατρὸς νόσου* (207) poterat etiam Amphilochus uel dehortans fratrem uel Furiarum aspectu perterritum demulcens pronuntiare. Ceterum statim ab initio insanum Alcmaeonem a Sophocle esse productum non satis caute uidetur Ladewicus p. 27 ex Antiphanis in Poesi his conclusisse:

ἂν πάλιν
εἴπῃ τις Ἀλκμαίωνα, καὶ τὰ παιδία
πάντ' εὐθὺς εἴρηχ', ὅτι μανεὶς ἀπέκτονεν
τὴν μητέρ', ἀγανακτῶν δ' Ἄδραστος εὐθέως
ἥξει πάλιν τ' ἄπεισι

nisi forte idem de Oreste Horatius Serm. II 3, 133 sqq. serio tradidisse credendus est. Sed quae illis innuitur sollemnis quasi inter Adrastum et Alcumaeonem altercatio apud Attium quoque fuisse uidetur secundum fr. XVI. Nec inprobabiliter Sophocli Valckenarius Diatr. p. 150 ascripsit, quae Plutarchus de aud. poet. 13 p. 35 e habet: *ἂν δὲ φαίνηταί τις ἐπιλήψεως δεόμενος, τῶν ἁμαρτημάτων καὶ τῶν παθῶν ἐπιλαμβάνου, ὥσπερ ὁ τραγικὸς Ἄδραστος τοῦ Ἀλκμαίωνος εἰπόντος πρὸς αὐτὸν* Ἀ ν δ ρ ο κ τ ό ν ο υ γ υ ν α ι κ ὸ ς ὁ μ ο γ ε ν ὴ ς *ἔφυς, ἀπεκρίνατο* Σ ὺ δ' α ὐ τ ό χ ε ι ρ γ ε μ η τ ρ ό ς, ἥ σ' ἐ γ ε ί ν α τ ο.

Perpetrata an perpetranda caedes procuretur sacris, quae indicantur fr. X, nescitur. Sed qui unicus Eriphylae nomine a

Prisciano laudatur uersum a Merula p. LII explicatum non dubito ad eandem fabulam cum Welckero referre: quamquam monile potius 'quale habuisse Eriphylam fabulae tradunt' (Fest. p. 138) Mineruae donum puto describi, quam portentum, quo simulato filium ab incepto conetur deterrere Eriphyla, significari. Quod Cicero adnotauit de off. I 31, 114, qui uoce freti sint, Epigonos sibi eligere, de Alcumaeonis, ni fallor, partibus intellegendum erit.

Medeae lucem olim in Coni. p. 25 sqq. asciui ex Apollonio Rhodio IV 315 sqq., ubi quibus Scythicorum pastorum in Argonauticae classis aspectu horror describitur:

οἱ δ' ὑψοῦ νήσοιο κατ' ἀκροτάτης ἐνέοντο
τηλόθεν. εἰαμεναῖσι δ' ἐν ἄσπετα πώεα λεῖπον
ποιμένες ἄγραυλοι, νηῶν φόβῳ, οἷά τε θῆρας
ὀσσόμενοι πόντου μεγακήτεος ἐξανιόντας.
οὐ γάρ πω ἁλίας γε πάρος πόθι νῆας ἴδοντο κ. τ. λ.

ea iam Brunckius animaduertit maxime conspirare cum Attiani pastoris uersibus I—III. Qui quem dicit *Siluani melo consimilem cantum* (III) Bergkius in Ephem. Darmst. 1841 p. 92 et Lachmannus in Lucr. IV 581 de uocali illo in Minyarum naue tigno intellexerunt. Tradit autem Apollonius haec: ab Aeeta Absyrtum, qui Medeae raptorem persequeretur, cum satellitibus missum ad Istri ostium in Argonautas incidisse, qui hostium multitudine perterriti sponsionem cum eis fecerint, ut Iasoni cum pelle aurea incolumi in patriam liceret redire, Medea uero in Dianae templo retineretur, donec Scythici regis arbitrio, utrum Iasona sequeretur an redderetur patri, foret diiudicatum. Cuius tamen pacti nuntio Medeam summo furore instinctam Iasoni iura iuranda suaque erga eum beneficia in memoriam reuocasse, deinde ad nauem, cuius incendio interiret, ruituram fuisse, tandem uero coniugis omnia illa simulari tantum adseuerantis blandimentis demulsam consilium cum eo inisse et donis et pellem inuitis Phrixi filiis dereptam ei redditum iri promisso Absyrtum pelliciendi, ut solus in sororis conloquium ueniret. Quo cum uenisset, Iasonis insidiis occisum ceterisque etiam Colchicis deuictis Argo-

nautarum fugam iam non turbatam fuisse. Quas turbas in Scytharum fabula Sophoclem Welckerus p. 337 sqq. ingeniosissime coniecit ita tractasse, ut Aeetam ipsum Absyrto filiolo misere occiso fugientes persecutum esse, itaque dolis etiam Medeae aliis pericula fingeret auerti. Quod si de Sophocle recte statuit uir praeclarissimus, Attium sua inde sumpsisse existimes licet certe per reliquias, quarum satis expedita est interpretatio. Nam trepidorum in exordio fabulae barbarorum fugam significant frusta IV et VI, quibus addi potest V. Postea ab Iásone eidem poterant de hominum sollertia edoceri, quae post Saturni aeuum excogitauerit, quomodo 'caeruleas pinus contemneret undas.' Monstri enim natura explicatur fr. VIII, qui autem fr. VII memoratur ex inmani uitae consuetudine ad mansuetiorem transitus in memoriam reuocat Moschionis, quibus cur sepeliantur mortui operosius demonstratur, uersus floridissimos (Stob. Ecl. phys. I 9, 38). Ibi enim est u. 27: ἄστη δ' ἐπυργώσαντο καὶ περισκεπεῖς Ἔτευξαν οἴκους καὶ τὸν ἠγριωμένον Εἰς ἥμερον δίαιταν ἤγαγον βίον. Medeae porro iram quomodo demulceat Iason deliberare uidetur fr. IX: et beneficiorum, quibus ingrati inperitia et inopia mire olim sustentata fuerit, mentio fit uersibus X et XI. Aeetae autem causa si coram arbitro acta est, eo pertinere uidentur XII—XIV: quin etiam quae Cicero de nat. deor. III 26, 67 (inc. inc. fab. XCIII) exhibet, eis responderi quodammodo poterat Sophocleis 491 his:

οὐ γὰρ ἐκ μιᾶς
κοίτης ἔβλαστον, ἀλλ' ὁ μὲν Νηρηΐδος
τέκνον Νεαίρας ἄρτι βλαστάνεσκε, τὴν δ'
Ἰδυῖα πρίν ποτ' Ὠκεανοῦ τίκτεν κόρη

(cf. Bergkius Ind. lect. Marb. hib. 1843 p. VII). De quo filioli interitu patris lamentationes extant XV et XVI, eodemque spectat, ni fallor, solacium XVII. 'Caedem Absyrti in Scythia factam et quod in insula Phaeacum Medea subierit periculum' eadem fabula Attium, ut eodem capite 23 Hyginum descripsisse placuit Grotemeyero p. 40 sqq., qui dubito utrum Phaeacas, τῶν νέες ὠκεῖαι, ὡσεὶ πτερὸν ἠὲ νόημα, nauium ignaros finxerit, an casu factum esse sibi persuaserit, ut Scythiam omnes reliquiae

innuant, de Alcinoo autem ne leuissimum quidem indicium ipse potuerit inuestigare.

Item tituli indicio Antenoridas Welckerus p. 166 Sophocli rescripsit. De argumento fluctuat indicium, quamquam nec Rheso quisquam cum Bergkio de fragm. Soph. p. 5 partes dabit, nisi qui cum Nyctegresia Antenoridas confundenti Schoellio p. 413 accesserit, nec quos hic praeterea p. 410 tamquam uicarios protulit, Coon et Iphidamas seuerae Musae uidentur pares esse. Itaque optimum erit ad Antenoris cum filiis capta urbe discessum Welckero auctore confugere. Nec tamen satis certa est reliquiarum interpretatio. Nescimus enim, quis ille sit, qui glorietur fr. IV et V. Certe Henetorum ille dux, si, ut Welckerus statuit, in ipsa demum urbis expugnatione cum auxiliis suis aduenit, uix credulis auribus promissorum suorum tumorem poterat propinare. Quo contra aptissime fallacias suas Sino quasi circumuestiebat. Et primo mane fabulam exorsam esse docet fr. III, nec male per se fr. I et II ad eam scenam referas, qua de equo in urbem recipiendo proceres deliberabant. Iam uero equi inscriptionem ex Deiphobo attulit Seruius (I), Sinonis autem personam in ea fabula apparuisse intellexit Bergkius Mus. Rhen. 1835 p. 83. Nam in ulua repertum conl. Verg. Aen. II 135 'limosoque lacu per noctem obscurus in ulua Delitui, dum uela darent, si forte dedissent', quaeque inde sequebantur, narrat piscator fr. II et III conl. Aen. II 57: 'ecce manus iuuenem interea post terga reuinctum' e. q. s. et 146: 'ipse uiro primus manicas atque arta leuari Vincla iubet Priamus': ipse autem Vlixis fallacias detestantem simulat fr. IV. Itaque uno fabulae coagulo Antenoridarum fugam et Deiphobi caedem comprehensam fuisse quin conicias nihil obstare uidetur. Nam quod in una Nonii 139, 1 notatione laudatur *Accius in Antenoridis*, deinde autem *idem Deifobo*, id si in Varrone legeretur, posset difficultates mouere: sed Nonius, qui grammaticos excripsit, unde quicque hauserit, nescimus. Ceterum Priami stirpem (inc. fab. III) in prologo poterat Attius exponere, et eiusmodi scenam, in qua Hectoris imago somniantem Aeneam excitabat, innuere Varro de L. L. VI 60 (inc.

inc. fab. I), Hectoris personam pro fabulae titulo laudans. Ciceronis ad Fam. VII 1 (inc. poet. VII) et Festi p. 343 (inc. poet. VIII) locos supra tetigi.

Antenoridarum exemplum nouam Troadibus fabulam iubet circumspici, uelut quam Duentzerus in Ephem. Darmst. 1838 p. 54 cum eis conflauit, Astyanactem. Nam quod fieri potuisse Welckerus Mus. Rhen. 1836 p. 488 olim statuerat, ut in Troadibus Aeschyli Persin Attius imitatus fuerit, id non ualidissimis argumentis niti uix opus erat ut Ladewicus etiam p. 3 edoceret. Qui uero ad 'tonitrum' et 'turbines' fr. II commemorata animum aduerterit, ei potest 'ingens umbra Thessalici ducis' emicare, cuius ad uiuos reditum haec secundum Senecae Troad. 172 sqq. signa praeibant:

ortus uicerat noctem dies,
Cum subito caeco terra mugitu fremens
Concussa totos traxit ex imo sinus.

Neque enim satis probabiliter in Scyrum insulam Welckerus p. 144 Neoptolemum relegans, Deidamiam putauit fr. X Achillis mortem lugere. Aptius, ni fallor, ita lamentabatur, cui liberum ineundi matrimonii arbitrium ademptum erat, uelut, de qua Mercerus cogitauit, Andromache. Nec in ceteris certa Scyri insulae indicia agnoscimus. Poterat certe Achillis umbra, quae obiurgans Achiuos infaustaque uaticinans (VII) Polyxenam iubet inmolari (VIII), filium ad uirtutem excitare fr. IX, quibus adfinia repetas ex Cicerone ad Fam. VII 6 (inc. inc. fab. XL). Poterat in alia fabulae parte Achillis merita filius ipse fr. I extollere contra inuidiosos et obtrectatores (cf. Sen. Troad. 295—355); poterat uel Hecubae uel Polyxenae consensus significari fr. XII uelut ab Vlixe, ad cuius fallacias fr. XI Welckerus uidit pertinere. Quid? quod ipsas lacinias, quas ex Festo p. 273 (inc. inc. fab. III IV) huc rettulit Scaliger, de Atridarum propter reditum discidio commode possis interpretari. Quae omnia quasi uno ore conclamant Polyxenam Sophoclis Attio exemplum fuisse. Nam ex eis quae Strabo X p. 470 narrat: ὁ δ' οὖν *Σοφοκλῆς ποιήσας τὸν Μενέλαον ἐκ τῆς Τροίας ἀπαίρειν σπεύδοντα ἐν τῇ Πολυξένῃ, τὸν*

δ' Ἀγαμέμνονα μικρὸν ὑπολειφθῆναι βουλόμενον, τοῦ ἐξιλάσασθαι τὴν Ἀθηνᾶν χάριν, εἰσάγει λέγοντα τὸν Μενέλαον·

σὺ δ' αὖθι μίμνων που κατ' Ἰδαίαν χθόνα
ποίμνας Ὀλύμπου συναγαγὼν θυηπόλει

inde lux oritur conuitiis V, quae Menelai sunt, et taeniis (VIII), quibus Agamemno ni mirum Mineruae placandae causa urbem decorauit. Proficiscentibus Achiuis super ipso tumulo Achillis imaginem apud Sophoclem apparuisse tradit Longinus XV 7: ἄκρως δὲ καὶ ὁ Σοφοκλῆς ἐπὶ τοῦ θνήσκοντος Οἰδίπου καὶ ἑαυτὸν μετὰ διοσημείας τινὸς θάπτοντος πεφάντασται, καὶ κατὰ τὸν ἀπόπλουν τῶν Ἑλλήνων, ἐπὶ τοῦ Ἀχιλλέως προφαινομένου τοῖς ἀναγομένοις ὑπὲρ τοῦ τάφου. Vaticinata est imago illa non tantum Agamemnonis caedem: χιτών σ' ἄπειρος ἐνδυτήριος κακῶν (473), sed omnium sociorum fata (τὰ συμβησόμενα: Procl.). Itaque commode Graios commiserabatur fr. VII. Quibus autem praefatur huic oraculo (469):

ἀκτὰς ἀπαίωνάς τε καὶ μέλαν βάθος
λιποῦσα λίμνης ἦλθον ἠχούσης γόους,
Ἀχέροντος ὀξυπλῆγος ἄρσενας χοάς

(cf. Bergkius Ind. lect. Marb. hib. 1843 p. VI sq.), ea satis quadrant ad tristes illos modos a Cicerone Tusc. disp. I 16, 36 (inc. inc. fab. XXXVIII) laudatos, quibuscum sequentes uersus (inc. inc. fab. XXXIX) non necessario debent cohaesisse. Denique sic habemus, quo et Hecubam ex solo Prisciano cognitam Attio conseruemus et Ciceronem Tusc. disp. II 5, 13 erroris culpa liberemus. Ni mirum uersus illos (inc. fab. XVIII), quos olim uiderunt ex Euripideis his (Hec. 592) fluxisse: οὔκουν δεινόν, εἰ γῆ μὲν κακὴ Τυχοῦσα καιροῦ θεόθεν εὖ στάχυν φέρει, Χρηστὴ δ' ἁμαρτοῦσ' ὧν χρεὼν αὐτὴν τυχεῖν Κακὸν δίδωσι καρπόν — illos igitur contaminando Attius ut alia in usum suum conuertit. Quis enim credat iterum eum totam Euripidis fabulam interpretandam suscepturum fuisse?

Et quoniam ad Troica semel delapsi sumus, quod Astyanactem cum *Αἰχμαλωτίσι* Sophoclis Welckerus p. 173 composuit, id nititur corrupti unius uersiculi (33): *ἀσπὶς μὲν ἡμίλιγδος ὡς πύκν' ὀμματεῖ* incertissima interpretatione, quo ne de fabula

quidem quicquam proditur. Neque enim minus apte suum scutum Achilles illis describebat propter Briseida reddendam cum Agamemnone altercans, quam Astyanactis in Hectoris clipeo sepulturam enarrabat uelut nuntius. Facilius Attiani uersus explicantur, nec nisi in paucissimis discedo a Welckeri auctoritate. Initio autem quo modo reditum iniquis uentis adhuc prohibitum sibi comparent, deliberare proceres Achiuorum uel Talthybius uel Neptunus uel Hecuba poterat edocere fr. II conl. Eur. Troad. 19: *μένουσι δὲ Πρύμνηθεν οὖρον κ. τ. λ.* et 716: *νικᾷ δ' Ὀδυσσεὺς ἐν Πανέλλησιν λέγων.* Item reginae prologum fortasse agenti Achillis execrationem (I), et quod pro Cassandra sola post Polyxenae caedem sibi relicta concipit uotum (III conl. Eur. Troad. 169. 253), ascribimus. Agamemno, ni fallor, aduersatur iussis Calchantis (IV et V) et Cassandrae mouetur misericordia (XIII). Contra inperii in Astyanactem atrocitas ab Vlixe poterat Troicae stirpis ferocitate excusari fr. VI. Helenam Troadum iras expertam esse docet fr. VII conl. Andromachae uerbis ex Euripidis Troad. 761: *ὦ Τυνδάρειον ἔρνος, οὔποτ' εἶ Διός κ. τ. λ.* et Senecae Troad. 895: 'pestis, exitium, lues Vtriusque populi! cernis hos tumulos ducum?' Earundem de Graecorum crudelitate et potentia lamentationes extant VIII et IX conl. Eur. Troad. 759: *ὦ βάρβαρ' ἐξευρόντες Ἕλληνες κακά κ. τ. λ.* Porro quoniam ex longinquo Astyanactem inuestigatum indicant anapaesti X, septenarios quoque XI ad narrationem huius rei quam cum Welckero ad somnium quoddam malim referre. Nec Hectoris laudibus, ut Astyanacti parcerent, ab Achiuis se inpetraturam esse Andromacha sperare poterat. Itaque ad Astyanactis potius mortem spectat fr. XII uel simulatam uel uero relatam, de qua popularium in urbis ruinis circumsedentium naeniae dicuntur testari posse.

Ad Sophoclis Aleten rettulit Welckerus p. 215 sqq. E r i g o n a m. Et quadrat sane non tantum fr. II ad Aletae de Orestis origine quaerentis haec (91): *ἀλλ' εἴπερ εἶ γενναῖος, ὡς αὐτὸς λέγεις, Σήμαιν' ὅτου τ' εἶ χὠπόθεν· τὸ γὰρ καλῶς Πεφυκὸς οὐδεὶς ἂν μιάνειεν λόγος,* quod leuiculum esse nemo non intellegit; sed etiam A g a m e m n o n i d a r u m locus II quandam cum his exhibet adfinitatem: *βραχεῖ λόγῳ καὶ πολλὰ προσκεῖται σοφά* (89):

ἀνὴρ γὰρ ὅστις ἥδεται λέγων ἀεί, Λέληθεν αὐτὸν τοῖς ξυνοῦσιν ὢν βαρύς (90): *ψυχὴ γὰρ εὔνους καὶ φρονοῦσα τοὔνδικον Κρείσσων σοφιστοῦ παντός ἐστιν εὑρετίς* (88). Quae in eo conueniunt, quod molesta et suspectae fidei loquacitas castigatur: ac fortasse amicitiam Agamemnonidis Aletes simulauerat. Satis autem ad Aeneadarum s. Decii, Troadum s. Neoptolemi, Persidarum s. Amphitruonis, Stasiastarum s. Tropaei Liberi, Epigonorum s. Eriphylae, Myrmidonum s. Achillis exempla accommodatum habes Agamemnonidarum et Erigonae titulorum par, quod ne Grotemeyerum quidem p. 55 fugit esse consociandum. Vtique Delphos potius, quo Agamemnonidarum scenam Welckerus p. 1198 contulit, quam Mycenas innuere uidentur Erigonae reliquiae. Huc enim spectant et quae uersu I continentur Locrorum laudes, et hospitis, Apollinis credo, tutela quae fr. III inuocatur, et desperantis Iphigeniae lamentationes IV, quibus uel Orestis uel Electrae uotum V respondet. Item Orestis apud Tauros pericula cui aptius Pylades narrabat (VI) quam Electrae, quae Delphis fratrem cum sorore repperit? Tyndarei autem spiritus (VII) utroque loco poterat excitari. Itaque si recte composuimus distracta, Aletae et Orestis simultatem significant renouatae Pelopidarum inimicitiae, quarum mentio fit Agam. II.

Argumentum Alcmaeonis Sophocleae si recte Welckerus p. 279 sqq. diuinauit, poterat sane hinc quoque Attiana Musa adflari. Quamquam de Graeco exemplo nihil aut illum, qui ex incerta Sophoclis fabula (749) haec: *θεοῦ τὸ δῶρον τοῦτο· χρὴ δ' ὅσ' ἂν θεοὶ Διδῶσι, φεύγειν μηδέν, ὦ τέκνον, ποτέ* cum Alcumaeonis fr. VIII, aut Hartungum I 188 confirmasse, qui Bergkio de fragm. Soph. p. 9 auctore Euripidis ex Alcmaeone (XX) uersiculum rectius a Dobraeo et Meinekio (Ephem. Marb. 1846 p. 1085) ita constitutum: *εἴ του τεκόντος οὐδὲν ἐντρέπει πατρός*, cum Alphesiboeae fr. IV contulerit, recte monuit Ladewicus Anal. scen. p. 29. Contra facile persuasit Bothius Mus. Rhen. 1836 p. 252, Alcumaeonis et Alphesiboeae reliquias ad unam eandemque fabulam spectare, caedem ni mirum a Phegei filiis Alcumaeoni inlatam. *) Neque enim habemus, cuius, nisi Phegei, so-

*) Non persuasit Grotemeyero p. 50 sqq., qui Epigonorum uersibus

ceri dignitati ab adsentatore quodam generorum — dicitur autem in uniuersum — inpietas possit opponi Alcum. IV (Welck. p. 283). Apertissime autem et oraculum illud Alph. III (Welck. p. 282) et ipsius Alphesiboeae, quae in coniugis interfecti aspectu querellas fundit Alph. VIII (Welck. p. 284), supplicium Alph. IX (Welck. p. 284) significatur. Itaque prologo fortasse liberorum, quos ad Acheloum profectus apud matrem reliquerit Alcumaeo, mentio fit Alcum. I. Cuius reditum inprouisum laetatur uel Phegeus Alcum. II (Welck. p. 282), uel, si fas est uno apice addito *depositam* scribere, Alphesiboea. Sed nondum morbo se sanatum queritur ille Alph. I (Welck. p. 282), mortem fortasse sibi optans eandem, quam pater olim obierit, Alcum. III. Nihilo minus enarrare uidetur, quid per itinera sua perpessus sit (Alph. II). Postea de insidiis ei struendis deliberant: uanis promissis frustrandum Alcumaeonem (Alcum. V), securo autem uim esse inferendam (Alph. V). Quae ut fortiter ac strenue peragantur, filii pietatem cohortatur Phegeus (Alph. IV). Ipsum facinus fortasse nocte perpetrabatur comitibus Alcumaeonis itinere fessis somnoque deditis (Alcum. VII). Sed restant, quae difficiliora uideantur esse expeditu. Nam ut Alcumaeonis optimum liberorum se mortuo praesidium matrem fore spondentis habeatur Alph. VII, uerbis autem quamuis proteruis Alcum. VIII Alphesiboeam supplicio tradi credamus Hartungo I 194, altercationem denique, quae significatur Alcum. VI, Phegeum statuamus inisse cum Alcumaeonis comitibus, haeremus utique in 'Alcumaonis' illo 'fratre' (Alph. VI), de quo id solum adfirmamus, non uideri Alphesiboeam parricidam, quem ob mariti caedem obiurgare noluerit, fratrem Alcumaeonis fuisse appellaturam, quae est Welckeri p. 284 argutior quam uerior interpretatio.

Andromedae recte Sophoclem auctorem pronuntiasse Welckerus p. 645 uideri potest, si quidem Euripidem secutus est Ennius. Reliquiae satis perspicuae sunt excepto uersu I, quo nisi

---

Alcumaeonis frusta agglutinans Adrasti nepotes Diomedem et Thersandrum generos ab Attio (IV) nuncupatos, eos autem potissimum perpetrato Alcumaeonis facinore cum Adrasto altercatos esse finxerit.

forte singulis mensibus ceto sacrificandum esse docetur, nihil potest, quod ad ipsam fabulam conferat, intellegi. Certe et 'templum' illud 'obuallatum ossibus' (X), quo inclusa tenetur Andromeda, edacitatem monstri coarguit, et de cadauerum aceruo extructo in litore licebit ariolando interpretari fr. IX. Diluuium uidetur significari 'caelestium mole' (II), qua autem Neptuni ira excitata erat, Cassiepeae temeritas excusari creticis V. Reliqua quod attinet, Phinei siue Agenoris partes in hac fabula fuisse recte monuit Hartungus II 249 et in Ephem. Darmst. 1842 p. 830. Ad illum enim deferenda et quibus Cassiepeae querellae castigantur, solamina VII et commiserationem simulans ignauia IV, quae porro carpitur fr. VI. Eidemque an Perseo Andromedae proponatur miseria fr. VIII et III, incertum est. Occiso monstro discrimen ortum est de promissis Perseo soluendis, quod, quantum ad Attium, probabiliter adumbrauit Hartungus. Nam paternae curae praemia ne abductā filia sibi eripiantur instanti Cepheo (XI) Perseus gratum se ob id beneficium semper futurum esse spondet septenario XII, Andromeda uero demonstrat se patri iam esse emortuam, quoniam et ante Persei aduentum exitio destinata fuerit (XIII) nec seiuncta ab amato amplius uita fruitura sit. Sic enim fr. XIV Welckerus quoque p. 661 explicauit. Nec infeliciter idem Cepheum tergiuersantem coniecit munerum a Polydecte mandatorum humilitatem Perseo tamquam seruitium obicere. Nam indigna eorum conditio, qui oppressum inde a pueris aliorum imperio animum nequeant erigere, tangitur fr. XV. Nec aliena a Persei persona sunt, quae ex Varronis de L. L. VI 72 (inc. inc. fab. CIII) Lachmannus Mus. Rhen. 1839 p. 119 Ennii Cresphonti inserenda proposuit. Nihil ad has reliquias rectius intellegendas redundauit ex Ladewici p. 31 sqq. disputatione.

Distinctior ad nos peruenit umbra T e r e i Sophocleae, quam tamquam Attianae exemplum adsumpsit Welckerus p. 374 sqq. Nec tamen ulla nunc apparent imitationis uestigia: unum autem locum satis probabile est Attium non imitaturum fuisse. Dico uersus illos, quibus de sororum facinore iudicium fertur (514):

ἄνους ἐκεῖνος, αἱ δ' ἀνούστεραι γ' ἔτι

ἐκεῖνον ἠμύναντο καρτερώτερον.
ὅστις γὰρ ἐν κακοῖσι θυμωθεὶς βροτῶν
μεῖζον προσάπτει τῆς νόσου τὸ φάρμακον,
ἰατρός ἐστιν οὐκ ἐπιστήμων κακῶν.

Quae minus fauebant populi Romani studio, qui tyranni interitum Nonis Iuliis anno ab u. c. 710 in ludis Apollinaribus absentis M. Bruti nomine a C. Antonio praetore curatis ingenti cum plausu spectabat. De quo Cicero ad Atticum XVI 2: 'Bruto tuae literae gratae erant: fui enim apud illum multas horas in Neside, cum paulo ante tuas literas accepissem. *Delectari mihi Tereo uidebatur et habere maiorem Accio quam Antonio gratiam: mihi autem quo laetiora sunt, eo plus stomachi et molestiae est populum Romanum manus suas non in defendenda re publica, sed in plaudendo consumere.* Mihi quidem uidentur istorum animi incendi etiam ad repraesentandam inprobitatem suam. Sed tamen, *dum modo doleat aliquid*, *doleat quidlubet*.' Ibidem XVI 5: 'tuas iam literas Brutus expectabat: *cui quidem ego non nouum attuleram de Tereo Accii. Ille Brutum putabat: sed tamen rumoris nescio quid adflauerat, commissione Graecorum frequentiam non fuisse*.' Cf. XV 12. 18 XVI 1. 4 Phil. II 13, 31. I 15, 36 '*quid? Apollinarium ludorum plausus uel testimonia potius et iudicia populi Romani parum magna uobis uidebantur?* O beatos illos, qui cum adesse ipsis propter uim armorum non licebat, aderant tamen et in medullis populi Romani ac uisceribus haerebant! *Nisi forte Accio tum plaudi et sexagesimo post anno palmam dari, non Bruto, putabatis*, qui ludis suis ita caruit, ut in illo apparatissimo spectaculo studium populus Romanus tribuerit absenti, desiderium liberatoris sui perpetuo plausu et clamore leniret.' Ibidem X 4, 8: 'qui ne Apollinares quidem ludos pro sua populique Romani dignitate apparatos praesens fecit, ne quam uiam patefaceret sceleratissimorum hominum audaciae. *Quamquam qui umquam aut ludi aut dies laetiores fuerunt, quam cum in singulis uersibus populus Romanus maximo clamore et plausu Bruti memoriam prosequebatur? Corpus aberat liberatoris, libertatis memoria aderat, in qua Bruti imago cerni uidebatur*.'

Quae liberatoris imago num alia ac mulierum persona repraesentata sit, nescimus. Id tamen palma illa 'sexagesimo post anno' Attio data docet, anno fere 650 hanc fabulam primum actam esse, quod intellexit Meyerus in Cic. Brut. 28, 107. Ceterum quas Hyginus cap. 45 inducit, Laethusae partibus uix uidemur carere posse. Neque enim conuenit solitudinis exhilarandae consilio, quod fr. I Procnen Welckerus uoluere statuit, tanta et tam adsidua meditatio, nec sororem, sed amicam potius Laethusam decet illa propter Philomelae sortem misericordiae tranquillitas. Versibus autem II quamquam ingeniose Welckerus p. 380 Procnen coniecit purpureas illas notas uesti intextas interpretari, tamen nescio an causarum tanti facinoris enarratio minus summo indignationis stupori apta sit quam amicae scelera Terei explicantis cuidam cunctationi. Itaque eadem Procnae fr. IV suadere poterat, ut sororem, quam quo furoris inpetu rapuerit Procne describi uidetur fr. VI, Trieteria simulans in siluis inuestigaret, nisi forte septenariis IV et V chorum festum diem malis celebrasse. Cetera quoque recte Welckerus ad Procnen rettulit, cuius sunt dulcissima III et acerbissima VII. Obiurgari Tereum ab uxore probabile est secundum fr. VIII, et in ipsa scena correptum a matre Ityn indicat fr. IX. Quae autem apud Marium Victorinum p. 2596 P. (inc. inc. fab. CXLI) 'dirum nefas' struere dicuntur 'sorores Atticae' olim pro Erechthei filiabus a nobis habitae recte uidentur Thracii tyranni uxor et pellex intellegi ab Ottone Jahnio in Censorinum p. 94, qui tamen quod uersum in Censorini fragm. p. 94 (Att. Philoct. 540) laudatum item ad Tereum referendum putauit, nescio cur satis certum Ciceronis de Philocteta testimonium spreuerit. Nec si uelut mutati in epopem regis formam illis describi uoluit uir praeclarissimus, satis intellego cur 'textae' dicantur auium pennae.

Cognomines item consociauit Welckerus p. 371 utriusque poetae **Amphitruones**, sed argumentum, quantum ex Attianis uersibus elici potest, uix recte adumbrauit. Neque enim Alcumenae cum Amphitruone coniugium, sed Comaethus amorem (VIII) et in patrem perfidiam poeta uidetur repraesentasse. Nam fratres

occisos lugentem aditurus agnoscit Amphitruo fr. IV. V VI, commiseratur fr. VII. Pterelai pertinacia inpugnatur fr. II et III. Et ipsa Comaetho cladibus finem tandem inpositura (XI) et coniugium mercatura (IX) de aurea Pterelai coma narrat Amphitruoni fr. XII. Sed insperatam mercedem postea deprecari poterat eo modo, quem Cicero Orat. 49, 166 (inc. inc. fab. CVII) inlustrat. Quae probabiliter in uniuersum me coniecisse non leuissimo argumento sunt uersus Persidarum *) nomine a Prisciano citati et a Welckero Mus. Rhen. 1836 p. 488 in Persida nescio quam relegati, qui decent Pterelaum, Persei pronepotem. Vnde Hartungi quoque in Soph. fragm. p. 150 opinio labefactatur, qui Megarae et Amphitruonis, quales in Hercule furente Euripides proposuit, sollicitudines in nostris reliquiis agnoscere sibi uisus est.

In Eurysacis argumento inuestigando profecti sumus in Coni. p. 31 sqq. a uersibus illis in Ciceronis Sestiana laudatis (XIII), quos omnes in Eurysace Aesopum egisse testari uidetur scholiasta. Qui enim duos ultimos uersus solos Eurysaci, praecedentes Andromachae Ennii censuit reddendos Maduicus (Opusc. acad. p. 496), uelim reliqua quoque explicauerit, uelut quae § 123 subsequuntur: *et quoniam huc me prouexit oratio*, *histrio casum meum totiens conlacrimauit*, *cum ita dolenter ageret causam meam*, *ut uox eius illa praeclara lacrimis inpediretur.* Scilicet lamentatione in tot fabulis (sed duae sunt) repetita flebili uoce male adsueuit? At 'recenti nuntio' 'ad ludos scenamque perlato', itaque semel Ciceronis causam egit Aesopus. Cum quo cur Attium solum postea, non Ennium quoque Cicero memorat pro se dixisse? Nec enim profecto magnum in illis *exulare sinitis* — priora autem *o ingratifici* ne uere quidem dici Cicero ipse confitetur — praesidium inerat, quantum contra in eis, quae Ennio Maduicus uindicauit! Cui uix infelicior patronus poterat existere Ladewico p. 36, qui modo cum Cassandrae stupratore lapidibus ab Achiuis obruendo modo cum Priamo ab hostibus de opibus deiecto Ciceronem ab Aesopo mira misericor-

*) Coniungendos esse Amphitruonem et Persidas titulos ne Grotemeyerum p. 25 quidem fugit.

diae uexatione conferri diuinauerit. At patrem p u l s u m, non interfectum Aesopus deplorauit! Quare ne Bergkius quidem (Ind. lect. Marb. aest. 1844 p. VIII) persuasit, Andromacham prioribus uersibus Ciceronis sortem Priami nomine deplorare, quem profecto 'cum Achiuis stetisse' non poterat uictorum crudelitatem detestans adfirmare. Nam unius tantum personae infortunium aptam Aesopo in oranda Ciceronis causa materiam poterat praebere. Itaque illa *haec omnia uidi inflammari* et *o pater*, quoniam sane in Andromachae quoque carmine illo nobilissimo reperiuntur, aut a poeta nostro possunt repetita aut, ut scimus uersum *summum amicum* e. q. s. ab actore inmixtum esse, ex Ennio cum aliis fortasse huius cantici particulis ab Aesopo adsumpta uideri, quod comprobari putauerim additis *ab eodem paulo post in eadem fabula*, quae coram eruditissimis uiris studiose adnotari non sine certa quadam causa rationem habebat. Quod utut se habuit, id extra omnem controuersiam situm est, non Ciceronis solum, sed personae etiam tragicae sorti additamenta illa quodammodo saltem debuisse accommodata esse, itaque in Eurysace quoque *patrem pulsum, patriam adflictam, domum incensam euersamque* lugeri. Hinc igitur funditus euertitur Welckeri p. 197 coniectura Ladewico p. 25 probata, Iustini 44, 3 de Teucro 'accepta opinione paternae mortis' a Cypro reuerso, sed a patria fratris inuidia reiecto historiam Attio argumento fuisse. Quid enim? Teucrumne ista de se et gloriari et lamentari, se ipsum patrem — cuius tandem? — dicere, sua in Salaminios, quos adulescens reliquerat, merita deflere? Igitur suam ipse laudem Cicero duris Romanorum auribus in scena inculcauit, sua in patriam beneficia cum dubiosissimis grassatoris laboribus contulit, ut religionem ingratis moueret? Veremur ne talem Teucrum laeto animo Romani in exilium miserint.

Melius Ciceronis infortunium repraesentabat Telamo, de quo in Tusc. disp. III 18, 39 (inc. inc. fab. L) haec extant: *huiusne* (Epicuri) *uitae propositio et cogitatio . . . leuare poterit . . . Telamonem, pulsum patria, exulantem atque egentem? in quo haec admiratio fiebat: Hicine* e. q. s. Quae ex Eurysace originem ducere fidem facit Ciceronis in epistula ad Fam. IX 26 ad

Paetum iocus: ***in eo igitur, inquis, conuiuio Cicero ille? quem aspectabant, cuius ob os Graj ora obuertebant sua?*** **cui sales** tum maxime accedunt, si ad ludos illos respexit scriptor. Iam licebit ceteras quoque reliquias in consilium uocare. Et proxime ab exordio conlocamus anapaestos I Telamonis in exilium profecturi. In abeuntem incidit Teucer, qui desideratissimum et tandem inuestigatum nepotem auo reducens ueniam a patre sperat se inpetraturum esse. Nam quod olim Telamo suspicatus erat, Teucri opera Aiacem extinctum fuisse, tangitur fr. II. Miserum habitum commiseranti (III cf. XVIII) Telamo quis sit aperire uidetur fr. IV, unde sequi poterant Teucri illae exclamationes *hicine* e. q. s., quibus ille fortasse respondebat fr. V. Deinde autem ipse aduenam interrogat fr. VI, neque enim agnouerat filium, qui apud Attium quoque 'post XII annos ab suis qui sit ignoratur' (Varro de L. L. VII 3 cf. Lachmannus in Lucr. VI 755). Primo tergiuersatus Teucer (VII) tandem et se et nepotem auo declarat adesse (cf. V). Iam accuratius Telamo fata sua exponit (VIII), et quibus inimicorum machinis (IX, in quibus quis sit Iphidamas, ignoratur) tandem adductus sit, ut regno se abdicaret (X). Cuius consilii nunc paenitet senem (XI) reuerso Eurysace, qui tamen aui animum erigere et ad reciperandas res conatur excitare. Quo pertinent et dilogii inter Telamonem et Eurysacem particula misere habita XII et interposito nepotis cantico XIII septenarii XIV XV XVI et quo Iouis propitium uelut in seruando ex tempestate Eurysace auxilium solacii causa laudari poterat, frustum XVII. Aduersarius postea, ut iniuriam tueatur, orbitatem Telamonis praetendit fr. XIX et XX, cuius sententia uidetur haec esse: orbos reges a ciuium salute alienos putari. Insidiis tyranni quomodo inpetu occupato anteueniant, deliberant fr. XXI. Deuictum denique, supplicio tradendum, sed gratiam petentem ostendunt fr. XXII et XXIII. Quae omnia prope olim in Coniectaneis cum proposuissem, postea de eadem fabula Grotemeyer p. 29 sqq. ita disputauit, ut maxima eorum parte tacite probata paucula opinaretur ipsius ingenio esse corrigenda. Itaque personarum primum indicem Periboeae partibus ditauit ex Nonii (XII) loco 'inquinatissimo', quo hoc in exordio inter Eurysacem et auiam dilogium sibi persuasit exhiberi:

heú mihi, Vt étiam aerumna hac mihi luctum addat lúctibus Almá Periboea! — P. Quid miseraris sic mei, Eurýsace? . . . . Tuam sólitatem mémorans, formidáns tibi Te cómmiserabam mágis quam miserebár mei Multís mali aliquandó uexata géneribus. Quae descripsi, ut alii inuestigent, quod ipse perspicere non potui, quo iure *alia persona* illa *almae Periboeae* titulum sibi arrogauerit: praeterea autem ut eruant, quid in istis insit, quod ante Teucrum reuersum esse Eurysacem uideri possit innuere. Nam quod 'Eurysacem a Teucro ipso Salamina reductum esse sententiam' aspernans argumenti loco posuit ille: 'nisi fragmentorum sensus me plane fugit', id redit ad solius huius loci sedem incertissima ariolatione exordio fabulae adsignatam. His autem: *numquam erit tam inmanis, cum mea opera extincta iam sciat, Quin fragescat* (sc. *insulae rex*) frustra quaesieris, quae intellegat Teucer opera iamiam extincta. Cuius miram idem finxit consiliorum inconstantiam. An qui in extrema fabula 'uictoriae fructibus generose resignasse' et, quod 'patrem Eurysaci magis quam sibi fauére' persenserit, terrarum anfracta reuisum profectus esse narratur, eum Telamone et Eurysace in exilium actis optare potuisse, ut in orbam patriam a tyranno reciperetur? Quamquam ne generositati quidem illi fides habenda. Neque enim proficiscendo partae uictoriae *summam gloriam euorti* sinebat Teucer, nec possum imaginari, quis mortalium praeter Icaromenippos sidera mundi umquam potuerit peruadere. Quod de Teucro tamen chorum canere statuit Grotemeyer anapaestis, qui apud Varronem de L. L. VII 14 et 15 et apud Nonium p. 193, 1 extant, conflatis, uerbis autem: *núnc per terras uágus, extorris, régno exturbatus, mari* ad Teucri in aduentu statim sinistra metuentis querellas nescio quas relatis. At uero ne poterat quidem Teucer *regno* se *exturbatum* conqueri, cuius numquam compos fuerat. Vnum restat, quod 'a nemine quidem ad argumentum fabulae satis aptatum' tandem a se inlustratum esse gloriatur uir ingeniosus. Nempe quod priusquam de restituendo parente certa consilia ineuntur, insertum fuisse olim coniecí Aesopianum illud uel Teucri uel Eurysacis potius de Achiuorum in Telamonem ingrato animo carmen, id ad eam scenam

referendum esse suboluit Grotemeyero, qua cum precibus a tyranno nihil inpetrasset Teucer, ciues Salaminios fuerit adlocutus! De 'precibus' autem illis nihil superest nisi hoc uersuum scilicet par: *iam pétere incipiam, et sine, quid ui conténdam? uti Hanc cómpote tecum Sálaminem habeam*, quod Grotemeyerianae poesis extare uolui documentum.

Athamantem Welckerus p. 323 ad Sophoclis στεφανοφόρον, Ladewicus p. 26 ad furentem rettulerunt, quorum neuter satis curiose uidetur singula uerba rimatus esse. Nam quae uersu II exprimitur uerecundia propter secreti cuiusdam flagitiosi conscientiam sibi ipsi inprecantis obliuionem, ea nescio quo possit spectare nisi ad Phrixi, cui amorem suum Demodice professa erat, pudicitiam. Eodem cetera tendunt. Nam spreta criminans Phrixum ad Crethea lubidinem eius aliquo modo compescendam esse suadet fr. I: insidiis autem mulieris, quas uitandas monuerat amicus (III cf. VI), compertis fugam recusat adulescens fr. IV, neque enim morti aduersandum esse honore semel adempto (V conl. Eur. Hipp. 655: ὅς οὐδ' ἀκούσας τοιάδ' ἁγνεύειν δοκῶ). Quamquam poterat hoc quidem Demodice quoque desperationem simulans uel etiam Athamas detectis illius fallaciis pronuntiare. Nam leuitatis poenas, quas si uiuerent liberi iure non miserarentur, in exitu fabulae patrem dedisse apparet uersu VII. Quae quales fuerint, tacet Hyginus P. A. II 20, unde Welckerus p. 318 Phrixi Sophocleae argumentum petiit.

De Oenomao concertant Sophocles et Euripides, neuter sane alio nisi tituli argumento. Reliquiarum maximam partem ipsa fabula inlustrat. Nam postquam scenam ingressus anapaestis Pelops, ut uidetur, uerba fecit, rogatus (III) itineris consilium aperit fr. IV, a quo ut abstineat spoliis, quae in ualuis fixa sunt, ostentis monetur. Sic enim probabilius Hartungus II 105 uersum V explicasse uidetur Welckero p. 355, qui Hippodamiam coniecit Pelopis cultum et nitorem cum priorum procorum atrocitate conferre admirabundam. Oenomai autem ex oraculo timorem pellere conatur Pelops fr. VI, quod per se clarum est. Et obstinati audaciam minis primum ingressus Oenomaus poterat sane

postremo eicere fr. IX, quamquam quis praestiterit, non monologo uel de Pelope eundem uel de hoc Pelopem uel etiam ipsam filiam de patre talia secum potuisse uoluere? Nescimus enim, qua uia apud Attium Pelopi uictoria parata sit, nisi forte huc referendus Ciceronis in Tusc. disp. II 27, 61 (inc. inc. fab. CV) locus, in quo poetae alicuius flores latere olim suspicati sunt uiri docti. Quae uero restant, ex eis fr. VII ad Myrtili Welckerus, ad Oenomai interitum a nuntio narratum Hartungus rettulit: parum circumspecte uterque. Vide enim, quibus Paeti, qui ut inimicorum inuidiam euitaret suaserat, curas dissoluit Cicero ad Famil. IX 16, 4: 'quamobrem *Oenomao tuo* nihil utor, etsi *posuisti loco uersus Accianos. Sed quae est inuidia?* aut quid mihi nunc inuideri potest?.... Ita fit ut et consiliorum superiorum conscientia et praesentis temporis moderatione me consoler, et *illam Accii similitudinem non modo iam ad inuidiam, sed ad fortunam transferam:* quam existimo leuem et inbecillam ab animo firmo et graui *tamquam fluctum a saxo frangi* oportere.' Quae describere satis habuit Ladewicus p. 35. Ni mirum rupem aquis eminentem radit fluctus inuidiosus, qua imagine suspitionem suam excusare uidetur Oenomaus, item ut, quod 'excelsis multo facilius casus nocet' similitudine VIII significari puto. Vnde consentaneum est, probe eundem fuisse perspecturum, *quam attinendi magni dominatus sient* (inc. inc. fab. CIV). Item imaginem Attium induxisse existimo uersibus I, quando quidem agrestium diligentia et opera nihil prorsus faciunt ad uelocitatem, quam Pelopi suaderi statuit Welckerus, definiendam. Itaque recte Turnebum scripsisse censeo *forte:* quae autem de terriculamentis nescio quibus in curriculo ante Auroram infodiendis narrauit Hartungus, nebulae sunt. Neminem fugit, sacrificium, quod ante certamen parabatur, indicari fr. X.

Satis probabili iudicio Euripidi addicitur Atreus. Quos enim ex hac fabula sumptos uidit Carolus Halmius uersus IX, eis apprime respondet, quae aliquo inter se uinclo olim cohaesisse non inepte suspiceris fragmentorum par:

οὐκ ἂν δύναιο μὴ καμὼν εὐδαιμονεῖν,
αἰσχρόν τε μοχθεῖν μὴ θέλειν νεανίαν

et: εἰ δ' ἄτερ πόνων
δοκεῖς ἔσεσθαι, μῶρος εἶ, θνητὸς γεγώς,

quorum alterum Stobaeus ex Cressis XXIX 23 deprompsit, alterum Thyestae nomine laudat XCVIII 21: nam de utriusque tituli adfinitate in utramque certe partem disputari posse ne Hermannus quidem praef. in Cycl. p. XIII uoluit dissimulare. Sed quod per se credibile est, suo ingenio aliquantum Attium indulsisse, et Gellii XIII 2 innuit narratio et ea inductus monuit Ladewicus p. 37. Ceterum taedet interpretatione, quae ex ipso reliquiarum ordine apparet, post Duentzeri Ephem. Darmst. 1839 p. 292 sqq., Welckeri p. 358 sqq., Hartungi I 171 sq. operam bonas chartas perdere: nisi quod inperia X quo tendant elucere moneo ex Ouidii Metam. VI 647: *his adhibet coniunx ignarum Terea mensis: Et patrii moris sacrum mentita, quod uni Fas sit adire uiro, comites famulosque remouit.* Plurima conueniunt cum Senecae arte, quorum conspectum infra posui. III: Sen. Thy. 192 sqq. V: 205 sqq. VII et VIII: 222 sqq. XII: 765 sqq. 1058 sqq. conl. Ouidii Metam. VI 645. XIII: 990 sqq. XIV: 1028 sqq. conl. Ouidii Metam. VI 665. XVI: 779. Coniectura denique huic fabulae inseri possunt praeter ea, quae ex Ciceronis Tusc. disp. V 18, 52 (inc. inc. fab. LX conl. Att. Atr. IX) et Senecae epist. 80 (inc. inc. fab. LV conl. Att. Atr. I et II) Welckerus elegit, item a Cicerone seruata de nat. deor. III 38, 90 (inc. fab. VII) et ad Famil. VII 30 (inc. inc. fab. LXIV conl. Att. Atr. XVII). Quibus haesitanter adicio, uel Atreum, antequam 'natorum sepulcrum' (XIV) ostenderit, crudelissimo ludo uideri indulsisse uel Thyestem subito horrore correptum (XIII) miserrimum casum animo praeuidisse. Alterutrum scilicet innuere censeo uersum a Cicerone in Orat. 46, 156 (inc. fab. V) laudatum. Ibidis interpres ad u. 427: 'atque aliquid facias, a uespere solis ad ortus Cur externati rursus agantur equi' haec adnotauit (p. 468 Merk.): 'Thiestes cum uxore fratris sui Atrei concubuit et genuit ex ea filios: quos Atreus dedit ipsi Thiesti ad comedendum: quod scelus sol uidens retro fugit. ut dicit *Statius in tragoediis* et Ouidius Metamor.' Vbi *Attii*, ni fallor, de saeua Pelopis domo fabulae intellegendae sunt.

At difficillimum est de P e l o p i d i s quicquam statuere. Nam cum extet Hygini caput 86 'Pelopidarum' nomine inscriptum, quo Plisthenis per inprudentem patrem caedes narratur, *coniugis letum*, quod fr. VI innuitur ab Hygino transmissum Hartungus I 546 parum firma coniectura de Aërope interpretatus est, quam in Plisthenis morte desperare finxit. Welckerum p. 370 uero secutus si quis incerti nominis uersus LXV et LXVI huc reuocare in animum induxerit, in Thesproti domum scenam oportebit conferre, ita ut fratris poenas agitans Thyestes illius clementiam (inc. inc. fab. LXV) fingatur increpare, uersus autem IV scripto *conceptam* ad Pelopiam referantur, cuius cognito dedecore supplicium significetur fr. VI. Contra qui ab incertissimae sedis elementis abstinere maluerit, ei nihil obstare uidetur, quin fr. IV et V cum Welckero de Aegistho, fr. VI autem de Pelopiae caede intellegat, quam agnito Aegistho sese gladio percussisse tradit Hyginus 88. Et aptiorem sane eis uersibus (inc. inc. fab. LXV), quibus de prole inter aras inmolata dicitur, locum in eiusmodi fabula adsignes, qua ut Agamemnonis caedem excusaret uel Erigona uel Aegisthus Iphigeniae inuita ac decepta matre inmolationem Thesproto proposuerit. Altero autem (inc. inc. fab. LXVI) fragmento uide an Thesproti fastus ab Atreo derideatur, qui cum Pelopiam ab illo quasi a patre in coniugium petiuisset, ab eodem, ut nefas auerteretur, repudiatus fuerit.

Sed ad Euripidem ut redeamus, duas ab eo constat Attium mutuatum esse fabulas, Bacchas et Phoenissas. Et B a c c h a r u m quamquam non accurate quadrant cum Euripideis omnes, nihil tamen in rebus noui reliquiae produnt. Respondet autem fr. I Boeckhio de trag. Graec. princ. p. 313 auctore Dionysi hisce 35:

καὶ πᾶν τὸ θῆλυ σπέρμα Καδμείων, ὅσαι
γυναῖκες ἦσαν, ἐξέμηνα δωμάτων·
ὁμοῦ δὲ Κάδμου παισὶν ἀναμεμιγμέναι κ. τ. λ.

fr. VII Tiresiae uerbis 206:

οὐ γὰρ διῄρηχ' ὁ θεός, εἴτε τὸν νέον
ἐχρῆν χορεύειν εἴτε τὸν γεραίτερον

fr. IX Dionysi laudibus 273:

> οὐκ ἂν δυναίμην μέγεθος ἐξειπεῖν ὅσος
> καθ' Ἑλλάδ' ἔσται.

Item laceris membris X probabiliter Scaliger Coni. p. 87 coniecit haec reddita esse 306:

> ἔτ' αὐτὸν ὄψει κἀπὶ Δελφίσιν πέτραις
> πηδῶντα σὺν πεύκαισι δικόρυφον πλάκα,
> βάλλοντα καὶ σείοντα Βακχεῖον κλάδον

unde proficiscendum erat in restituendis Latinis uersibus. Porro uersus XII comparari potest cum Penthei hoc 453:

> ἀτὰρ τὸ μὲν σῶμ' οὐκ ἄμορφος εἶ, ξένε

et XIII cum eiusdem 455:

> πλόκαμός τε γάρ σου ταναός, οὐ πάλης ὕπο,
> γένυν παρ' αὐτὴν κεχυμένος, πόθου πλέως

quod animaduertit Boeckhius de trag. Graec. princ. p. 312. Nec fugit eundem septenarios XIV et XV nuntii narrationi similes esse 695:

> νεβρίδας τ' ἀνεστείλανθ', ὅσαισιν ἁμμάτων
> σύνδεσμ' ἐλέλυτο, καὶ καταστίκτους δορὰς
> ὄφεσι κατεζώσαντο λιχμῶσιν γένυν

et frustulum XVI componi posse cum his 698:

> αἳ δ' ἀγκάλαισι δορκάδ' ἢ σκύμνους λύκων
> ἀγρίους ἔχουσαι, λευκὸν ἐδίδοσαν γάλα.

Denique fr. XI probabiliter O. Muellerus rettulit ad u. 436:

> ὁ θὴρ δ' ὅδ' ἡμῖν πρᾶος, οὐδ' ὑπέσπασεν
> φυγῇ πόδ', ἀλλ' ἔδωκεν οὐκ ἄκων χέρας,
> οὐδ' ὠχρός, οὐδ' ἤλλαξεν οἰνωπὸν γένυν·
> γελῶν δὲ καὶ δεῖν κἀπάγειν ἐφίετο.

Vagantur alia incertae sedis. Potest enim fr. II pertinere uel ad u. 33:

> ὄρος δ' οἰκοῦσι παράκοποι φρενῶν

uel ad 218: ἐν δὲ δασκίοις Ὄρεσι θοάζειν, potest fr. XVII uel Agaues in filio uenando alacritatem admirabundus describere nuntius, ut 1144:

χωρεῖ δὲ θήρᾳ δυσπότμῳ γαυρουμένη

conl. 1182 et 1197, uel Pentheus cupiditatem profiteri matris in montibus exultationes intuendi, ut 810:

Δ. βούλει σφ' ἐν ὄρεσι συγκαθημένας ἰδεῖν;
Π. μάλιστα, μυρίον γε δοὺς χρυσοῦ σταθμόν.

Potest fr. XVIII uel humanarum rerum uicissitudo cum caeli uarietate comparari, ut nullum exemplum his liceat adsignari, uel ad Cadmi cum Agaue conloquium ita pertinere, ut amplificauerit Attius, quae Euripides singulis uersibus exposuit 1265:

Κ. πρῶτον μὲν εἰς τόνδ' αἰθέρ' ὄμμα σὸν μέθες.
Α. ἰδού· τί μοι τόνδ' ἐξυπεῖπας εἰσορᾶν;
Κ. ἔθ' αὐτός, ἤ σοι μεταβολὰς ἔχειν δοκεῖ;
Α. λαμπρότερος ἢ πρὶν καὶ διιπετέστερος.

Quorum ultimum uersum huc aduocans Scaliger Coni. p. 88 malignius Attii, quasi διιπετέστερον ille pluuiosum intellexisset, ignorantiam uituperauit. Nec audeo equidem decernere, utrum quae de Pentheo Agaue furibunda iactat 1184: νέος ὁ μόσχος ἄρτι γένυν ὑπὸ κόρυθ' ἁπαλότριχα κατάκομον θάλλει, ea fr. VIII reddita esse Schoenius recte statuerit, an dei potius florem uel rex uel nuntius apud Attium (cf. Eur. 235) praedicauerit. Ex carmine potius sumptum conicimus anapaestos VI conlatis uelut 977:

ἴτε θοαὶ λύσσης κύνες, ἴτ' εἰς ὄρος

et 76: ἐν ὄρεσσι βακχεύων ὁσίοις καθαρμοῖσιν,

quamquam uerbis maxime conueniunt nuntii uersus 661:

ἥκω Κιθαιρῶν' ἐκλιπών, ἵν' οὔποτε
λευκῆς χιόνος ἀνεῖσαν εὐαγεῖς βολαί.

Nec ad creticos IV quicquam ex Graecis propius accedit quam 152:

ὦ ἴτε Βάκχαι, Ὦ ἴτε Βάκχαι κ. τ. λ.

et 862: ἆρ' ἐν παννυχίοις χοροῖς κ. τ. λ.

et 977: ἴτε θοαὶ λύσσης κύνες, ἴτ' εἰς ὄρος.

Eidemque carmini potuit insertum esse fr. III, quod sane, si recte emendetur *crepitantes*, multis aliis locis non ineptius adponatur, uelut his: 1056

αἱ δ' ἐκλιποῦσαι ποικίλ' ὡς πῶλοι ζυγά
βακχεῖον ἀντέκλαζον ἀλλήλαις μέλος

et 58:

αἴρεσθε τἀπιχώρι' ἐν πόλει Φρυγῶν
τύμπανα κ. τ. λ.

et 445:

φροῦδαί γ' ἐκεῖναι λελυμέναι πρὸς ὀργάδας
σκιρτῶσι, Βρόμιον ἀνακαλούμεναι θεόν.

Longius etiam a chori narratione 88 sqq. recedunt, quibus Dionysi natales celebrantur, iubila V. Nihil potest ex apicibus literarum XIX elici, nisi forte uel Pentheo exornando taeda requirebatur, uel eiusdem uotum in eis latere putes hoc 1061:

ὄχθον δ' ἐπεμβὰς ἢ 'λάτην ὑψαύχενα
ἴδοιμ' ἂν ὀρθῶς Μαινάδων αἰσχρουργίαν.

Cui opinioni species accedit Frontonis in epistula, qua de Tereo et Lycurgo sermo fuerat, uerbis his p. 231 ed. Rom: 'quin erige te et extolle, et tortores istos, qui te ut *abietem aut alnum* proceram incuruant et ad chamaetorta detrahunt, ualido cacumine tuo excute et tenta an usquam ab [eloquentia] discesseris.' Denique notanda sunt, quae ex tragoedia tracta esse non eramus scholiastae etiam testimonio docendi, Horatiana Epist. I 16, 73 sqq. conl. Eur. 492 sqq.

Phoenissae, quantum ad nos peruenerunt, prope totae ad Euripideas accedunt. Sunt autem Graeca exempla haec:

I: 1

ὦ τὴν ἐν ἄστροις οὐρανοῦ τέμνων ὁδόν
καὶ χρυσοκολλήτοισιν ἐμβεβὼς δίφροις
Ἥλιε, θοαῖς ἵπποισιν εἱλίσσων φλόγα,

ὡς δυστυχῆ Θήβαισι τῇ τόθ' ἡμέρᾳ
ἀκτῖν' ἐφῆκας κ. τ. λ.

a quibus quantum Latina distent paulo morosius Nicolaus Loënsis in Epiphyll. misc. V 5 examinauit.

Eteoclis est VII: 593

καὶ σὺ τῶνδ' ἔξω κομίζου τειχέων, ἢ κατθανεῖ.

Polynicis VIII: 631

καὶ σύ, Φοῖβ' ἄναξ Ἀγυιεῦ, καὶ μέλαθρα χαίρετε,
ἥλικές θ' οὑμοὶ θεῶν τε δεξίμηλ' ἀγάλματα.

Tiresiae IX: 874

οὔτε γὰρ γέρα πατρὶ
οὔτ' ἔξοδον διδόντες, ἄνδρα δυστυχῆ
ἐξηγρίωσαν,

ad quod Scaliger Coni. p. 131 animum aduertit. Item Tiresiae habes X: 942

σὺ δ' ἐνθάδ' ἡμῖν λοιπὸς εἶ σπαρτῶν γένους
ἀκέραιος.

Ad fr. XI recte uidetur Scaliger asciuisse nuntii uerba 1473:

οἱ μὲν Διὸς τρόπαιον ἵστασαν βρέτας,
οἱ δ' ἀσπίδας συλῶντες Ἀργείων νεκρῶν
σκυλεύματ' εἴσω τειχέων ἐπέμπομεν.
ἄλλοι δὲ τοὺς θανόντας Ἀντιγόνης μέτα
νεκροὺς φέρουσιν ἐνθάδ' οἰκτίσαι φίλοις

ut de Antigona, non de Eteocle, ut Grotius coniecit, Attii uerba intellegenda sint. Item a Scaligero fr. XII conlatum est cum Creontis 1590 his:

σαφῶς γὰρ εἶπε Τειρεσίας οὐ μή ποτε
σοῦ τήνδε γῆν οἰκοῦντος εὖ πράξειν πόλιν·
ἀλλ' ἐκκομίζου.

Denique fr. XIII ad ea accedit, quae in extrema fabula Oedipus lamentatur 1761:

νῦν ἄτιμος αὐτὸς οἰκτρὸς ἐξελαύνομαι χθονός.

quamquam ne Polynicis quidem haec 403:

τὰ φίλων δ' οὐδέν, ἤν τις δυστυχῇ

inepte Grotius cum nostris contulit. Non tamen totum se Graeco auctori Attius addixit. Ac memorabile est hos Eteoclis uersus 524:

> εἴπερ γὰρ ἀδικεῖν χρή, τυραννίδος πέρι
> κάλλιστον ἀδικεῖν, τἄλλα δ' εὐσεβεῖν χρεών

Latinum poetam uideri praetermisisse, si quidem Ciceroni de off. III 21, 82 in eis uertendis periculum faciendum erat, qui haec scripsit: 'ipse autem socer' (sc. Pompei, Caesar) 'in ore semper Graecos uersus de Phoenissis habebat, quos dicam ut potero, incondite fortasse, sed tamen ut res possit intellegi:

> Nam si uiolandum est ius, regnandi gratia
> Violandum est: aliis rebus pietatem colas.

Capitalis Eteocles uel potius Euripides, qui id unum, quod omnium sceleratissimum fuerat, exceperit.' Praeterea Oedipum Attius finxit 'regnum filiis suis alternis annis tradidisse' (Hygin. 67): exponit autem hoc consilium, ut Grotius Bibl. crit. nou. IV 174 uidit, in prologo Iocasta fr. III IV V, attingit cum fratre altercans Polynices fr. VI: unde intellegitur duabus saltem, quibus de regnandi ordine ab ipsis fratribus constituto dicitur, Euripideae fabulae particulis 68—74 et 473—480 alia fuisse substituenda. De amissa antiqua regiae domus castitate et integritate, cuius mentio fit fr. II, cum chorus multis locis queritur tum Iocasta u. 17 sqq. et 380, ut certi nihil liceat adfirmari.

Thebaidis locum unicum si recte Welckerus p. 1387 cum Phoenissarum reliquiis confudit, exornasse uidetur Attius, quae breuius memorauit Euripides 1090:

> ἐπεὶ Κρέοντος παῖς ὁ γῆς ὑπερθανὼν
> πύργων ἐπ' ἄκρων στὰς μελάνδετον ξίφος κ. τ. λ.

Sacra enim, quibus Menoecei caedes celebrabatur, describi opinor.

His duobus Euripideae auctoritatis exemplis non inepte adieceris Heraclidas. Nam et *quadrurbem* Athenas (inc. fab. XV) in Graeca fabula chorus appellat 80:

ὅδ' ἐκ τίνος γῆς, ὦ γέρον, τετράπτολιν
ξύνοικον ἦλθες λαόν;

et Hercules Attianus bis commemoratur apud Priscianum p. 752 (inc. fab. XVI) et apud Ciceronem de nat. deor. III 16, 41 (inc. fab. XVII), ita quidem ut illo loco, quem iam Grotius Bibl. crit. nou. IV 175 huc rettulit, aperte de Heraclidis dicatur, quibus ut patris merita fauorem Atheniensium concilient cum apud Euripidem precetur Iolaus u. 215 sqq., Attius uelut senes fingere poterat in aduenarum originem curiosius inquirentes paulo aliter fortasse conformato Iolai responso 92:

Ἡρακλέους οἵδ' εἰσὶ παῖδες, ὦ ξένοι,
ἱκέται σέθεν τε καὶ πόλεως ἀφιγμένοι.

Altero autem loco quae tangitur Herculis ἀποθέωσις, eam apud Euripidem 910 senes celebrant:

ἔστιν ἐν οὐρανῷ βεβακώς
τεὸς γόνος, ὦ γεραιά,
φεύγει λόγον ὡς τὸν Ἅιδα
δόμον κατέβα, πυρός
δεινᾷ φλογὶ σῶμα δαισθείς κ. τ. λ.

De Meleagro cautius Hartungo I 141, cui praeierat Valckenarius Diatr. p. 143, iudicauit Welckerus p. 763, qui perspexit, quod solum confidentius potest praedicari, apud utrumque poetam de moribus suis Atalantam cum aduersariis disputasse. Huc enim spectant et Euripidea haec: VIII

εἰ δ' εἰς γάμους ἔλθοιμ', ὃ μὴ τύχοι ποτέ,
τῶν ἐν δόμοισιν ἡμερευουσῶν ἀεὶ
βελτίον' ἂν τέκοιμι σώμασιν τέκνα.
ἐκ γὰρ πατρὸς καὶ μητρὸς ἐκπονουμένων
σκληρὰς διαίτας οἱ γόνοι βελτίονες.

et X:

ἔνδον μένουσαν τὴν γυναῖκ' εἶναι χρεὼν
ἐσθλήν, θύρασι δ' ἄξιαι τοῦ μηδενός·

et XI:

> εἰ κερκίδων μὲν ἀνδράσιν μέλοι πόνος,
> γυναιξὶ δ' ὅπλων ἐμπέσοιεν ἡδοναί·
> ἐκ τῆς ἐπιστήμης γὰρ ἐκπεπτωκότες
> κεῖνοί τ' ἂν οὐδὲν εἶεν οὔθ' ἡμεῖς ἔτι.

et Attiana II et III et quae ex Ciceronis Tusc. disp. II 15, 36 (inc. inc. fab. CXI) Welckerus attulit apte ab Hartungo I 146 Nicolai in Rhet. Graec. ed. Walz. I 276 testimonio adposita huic: ὁ δ' αὖ Εὐριπίδης φιλοσοφῶν τὰς Λακεδαιμονίων κόρας συγγυμνάζεσθαι τοῖς νέοις φησίν, οὐκ ἀκρασίαν κατηγορῶν, ἀλλὰ τὴν ῥώμην ἑκατέροις ἐξ ἴσου διδοὺς ἀνδράσι τε ἅμα καὶ μετ' ἐκείνους ταῖς γυναιξίν. Eodemque sermone de puerorum ad aram uerberibus narrari poterant, quae Cicero paulo ante II 14, 34 (inc. inc. fab. CXII) attingit. Quae autem inter Meleagrum et Thestiadas fuit, disceptationem in scena repraesentatam cum Attii uersus VII (conl. inc. inc. fab. CXIII) uideatur indicare, Euripideis VII:

> δειλοὶ γὰρ ἄνδρες οὐκ ἔχουσιν ἐν μάχῃ
> ἀριθμόν, ἀλλ' ἄπεισι κἂν παρῶσ' ὅμως

conuitia, quae in illos Meleager iecerit, contineri ne animaduertit quidem Hartungus p. 147. Oenei porro siue Thestii querellae, quae uituperari uidentur apud Attium XVI, quamquam uideri possunt redire apud Euripidem VI:

> Μελέαγρε, μελέαν γάρ ποτ' ἀγρεύεις ἄγραν

et XX:

> τοὺς ζῶντας εὖ δρᾶν· κατθανὼν δὲ πᾶς ἀνὴρ
> γῆ καὶ σκιά *) τὸ μηδὲν εἰς οὐδὲν ῥέπει

poterant tamen aliunde, uelut ex Antiphontis cognomini fabula, esse depromptae. Vtique simillima ab Oeneo Althaeae de Thestio opponebantur apud eum poetam, cuius Aristoteles Rhet. II 23 uersus laudat: καὶ σὸς μὲν οἰκτρὸς παῖδας ἀπολέσας πατήρ· Οἰνεὺς δ' ἄρ' οὐχὶ κλεινὸν ἀπολέσας γόνον; Apri autem (I) in quauis eiusdem argumenti fabula mentio fieri debebat. Accepta

*) Vulgo pausam faciunt post σκιά.

fratrum caede quin furore correptam uterque poeta Althaeam fecerit, uix potest dubitari: sed nec monologi, cuius particulae ex Attianis superstites sunt IX X XI, ulla in Graecis uestigia, nec licet diiudicari, num fr. VIII Althaea simili cum filio altercationi praefata sit, qualem Euripideis quispiam putare possit significari his: IX

ἡγησάμην οὖν, εἰ παραζεύξειέ τις
χρηστῷ πονηρὸν λέκτρον, οὐκ ἂν εὐτεκνεῖν,
ἐσθλοῖν δ' ἀπ' ἀμφοῖν ἐσθλὸν ἂν φῦναι γόνον.

XII: καὶ κτῆμα δ', ὦ τεκοῦσα, κάλλιστον τόδε,
πλούτου δὲ κρεῖσσον· τοῦ μὲν ὠκεῖα πτέρυξ,
παῖδες δὲ χρηστοί, κἂν θάνωσι, δώμασι
καλόν τε θησαύρισμα τοῖς τεκοῦσί τε
ἀνάθημα βιότου, κοὔποτ' ἐκλείπει δόμους.

XIII: μόνων *) δ' ἂν αὐτὰ χρημάτων οὐκ ἂν λάβοις
γενναιότητα κἀρετήν· καλὸς δέ τις
κἂν ἐκ πονηρῶν σωμάτων γένοιτο παῖς.

Titionem postea non coram spectatoribus, quod statuit Welckerus p. 759, in Attiana fabula combustum esse inde concludimus, quod et morientem ipsum adulescentem noster induxisse (XII) et Althaea, quam paenituit consilii (XV), seruum uidetur dimittere (XIII XIV), qui lignum in sacro fortasse aliquo uicino igni traditum flammis eripiat. Venationem uero (IV V VI XVII) non ad Euripidis exemplum a nostro descriptam fuisse etiam testimonio quodam innuitur. Macrobius enim ubi de eis rebus agit, 'quae de Graecarum literarum penetralibus a Vergilio erutae nullis cognitae sint, nisi qui Graecam doctrinam diligenter hauserint' (Sat. V 18), ibi ex Euripidis Meleagro nuntii aliquot, quibus quo quisque habitu fuerit uenatorum describitur, uersus ita adfert, ut ne meminerit quidem Attianae fabulae, quam scilicet de Graeca conuersam esse uix poterat ignorare.

Diomedem ex Euripidis Oeneo repetere dubitabit, qui

*) μόνον uulgo: μόνον δ' ἂν ἀντί uel μόνον γὰρ ἀντί Jacobsius Lect. Stob. p. 130.

probauerit, quae de Periboea Pacuuii disputauimus. Argumentum tamen idem uideri in uniuersum fuisse concedo Welckero p. 588 et Hartungo I 155. Nam ab inimicis quid senex cum suis passus sit, declaratur fr. I et VI, Diomedes aduena ignotus (III) de Tydeo et de pugna Thebana narrat (IV V cf. inc. inc. fab. LXXIX), deinde quis sit aperit auo fr. VII. Porro consilio de uindicta sumenda inito (VIII) cum senis inimicorum salutem deprecantis clementia concertat adulescentis atrocitas (IX). Et restitutus in potestatem Iouis gratiam pro Diomedis pietate inplorat Oeneus fr. XI. Quorum magnam partem recte inlustrarunt interpretes. Dubia uero est fr. XII sententia, quod de exercitu Argis in auxilium arcendo molestius Hartungus, de Diomedis comperta aui miseria desperatione quadam, quae tali uiro uix digna fuerit, intellegit Welckerus. Sed re bene gesta potius illa de reditu uidentur a Diomede dicta esse.

At fefellit opinio Welckerum p. 854 sqq. et Hartungum II 367 sqq. de Melanippa aliqua Attii uincta cogitantes, quod cum constans fere olim Scaligero in Coni. p. 139 notata in optimis libris tituli M e l a n i p p o scriptura euincit, tum *Oenei* nomen egregie in fr. II a Vossio restitutum. Videtur autem Melanippus a Tydeo in uenatione occisus, quo de narrant Hyginus 69 et Seruius in Aen. XI 239, huius fabulae argumentum fuisse. Huc enim spectant X XI XII. Et occidit inuitus fratrem (schol. Stat. Theb. I 402. 280) Tydeus Pherecyde apud schol. Iliad. XIV 120 auctore, cum de Agrii uel, ut Alcmaeonidis poeta secundum Apollodorum I 8, 3 tradidit, cum de Melanis filiis, qui in Oeneum patruum coniurauerant, supplicium sumeret. Itaque Agrium uel Melanem decet superbientis de liberorum flore gloriatio I, Oeneum contra ignauior dubitatio III: insidias autem et caedem agitari produnt VI VIII IX. Nec debebant in his tenebris Meleagro fabulae rescribere fr. XIII, quo qui innuitur torris num alius esse possit ac fatalis ille, ueremur ariolari. Certe ‘reditum Diomedis ab interitu Meleagri’ aliquis poeta uidetur orsus esse. Igitur quid ni in carmine saltem eius fati mentio fieri poterat?

Chrysippum Hippodamiae insidiis circumuentum post Bothium et Welckerum p. 536 secundum Dosithei de Pelopidis narrationem in Parallelon Pseudoplutarchi cap. 33 (Hist. fragm. conl. C. Muellerus uol. IV p. 402) laudatam Hartungus I 135 sqq., ut poterat, adumbrauit, Attio ceterum minus caute abusus, ut Euripidem eandem fabulam tractasse probaret. Intellexit autem pugnam, quae cum Laio de rapto Chrysippo commissa sit, describi fr. I. Reditus priuigni quantum filiorum suorum obesset securitati, Hippodamia fr. II secum aptius cogitabat quam eorum in remouendo aemulo timiditatem uituperans. Sed propositura Atreo et Thyesti patrandum facinus praemii magnitudine nefando mandato praefari uidetur fr. III, quo Hartungo Pelops potius in exordio fabulae profiteri uidetur, quantis Chrysippum, si superstes sit, donis sit mactaturus: quasi in uitae periculo uersetur raptus ab amatore adulescentulus. Apertum est uersum IV eum dixisse, qui nouercae consilia inprobauerit, itaque recte Hartungus de filiorum alterutro cogitauit. Idemque uocem, de qua sermo est in fr. V, Chrysippi in cubiculo uulnerati esse probabiliter statuit, nisi quod Pelops potius sceleris ignarus quam ipsa Hippodamia uidetur conloqui cum comitibus.

Iam in 'deserta et inhospita tesqua' deuenimus, quo intrantibus omnis spes deponenda est. Et Alcestis, quam ab inferis Attium et Phrynichum reduxisse statuit Hermannus de Eur. Alcest. p. XVII, nobis etiamnunc mortua est. Stasiastae Lycurgi furorem inlustrarunt, quod uidit Bothius Mus. Rhen. 1836 p. 263, quamquam minus probabiliter carmen III de excaecato rege intellexit. Alterum enim uersum si recte emendaui, aut fallor aut patris, qui filium a se caesum agnouerit, 'dolor' intellegendus est. Tantus enim dolor ille dicitur, ut mirum uideatur exagitatam animam non primo statim inpetu corporis angustias reliquisse. Et excitare regem furore uel is conabatur, qui Dryantis puto interitum lugens obiciebat insanienti, quas turbas conciuerit, fr. I et IV. Quae si placent, eos uidetur Attius secutus esse, qui se ipsum Lycurgum interfecisse narrarunt (Hyg. 242), id autem ipsum facinus innui cantico III. Itaque debebam hunc potius fragmentorum ordinem proponere: I IV II III.

Phinidae Oedipum requirunt. Nunc enim oraculum narrat Aristoteles Poet. 16: τετάρτη δὲ (ἀναγνώρισις) ἡ ἐκ συλλογισμοῦ, οἷον . . . καὶ ἡ ἐν τοῖς Φινείδαις· ἰδοῦσαι γὰρ τὸν τόπον συνελογίσαντο τὴν εἱμαρμένην, ὅτι ἐν τούτῳ εἵμαρτο ἀποθανεῖν αὐταῖς· καὶ γὰρ ἐξετέθησαν ἐνταῦθα, quibus mulieres significantur ibidem morituræ, ubi ipsae olim expositae fuerant. Itaque uereor ne nihili sit, quod Welckerus p. 1206 suspicatur, nouercae eiusque famulae fatum fuisse ut eodem loco morerentur, ubi Phinidas ipsae exposuerint. Ac fato ne digna quidem erat famula. Ad Harpyias autem, quas Boreadarum manu interituras esse uaticinium erat, eas in scena partes deferre quis audeat? Quamquam et in transcursu illorum uictoria narrari poterat, nec uideo cur prorsus abstinendam esse ab hac fabula Harpyiarum memoriam censeat Welckerus, fr. V non nisi eum de Harpyiis interpretaturum docens, qui Phineum cum Phinidis confuderit. Quae omnia fortasse clariora fierent, si cui probabili ratione — nam allucinari sine fructu multa possis — eruere contingeret uel quod in literis *atgrafo* (IX) nomen proprium lateret, uel quem cuius a se interfecti paeniteret. In ea enim conditione uidetur esse, qui 'salsis cruorem guttis lacrimarum lauit' (VII). Iam in ceteris interpretandis nec laudem quisquam mereri nec a ueritate longius aberrare potest. Nam uel Phinei uel Phinidarum miseriae commemorantur fr. VI, falsa autem Idaeae aduersus Cleopatram crimina facile agnoscas uersu VIII. Nec multum refert, utrum saxum, ubi Phinidae expositi fuerint, carminibus I et II describi credas Welckero, an uniuersam litoris circa Salmydessum naturam curiose notari putes ab Argonautis, quorum in adpulsu negotia et cautionem fr. III et IV significari neminem fugit.

Pauca sunt, quibus ceterorum poetarum tragoediae possint inlustrari. Et GRACCHI Peliades ad Peliae caedem Medeae dolis paratam probabiliter rettulit Welckerus p. 1431, POMPONII quae in Charisii codice dicitur Aeneas num secundum editionem principem pro *Caena* potius, hoc est Welckero p. 1442 interprete pro *Atreo* habenda sit, non liquet. Certe Troes optantes ut procul a patriae miseriis absint, inmeritam

deorum in Priami domum iram deprecantes, commune secum hostibus exitium inprecantes idem poeta induxit in chori carmine inc. fab. I.

De VARII Thyeste nobilissima apud ueteres fabula (Quintil. X 1, 98 Dial. de orat. 12 Philargyr. ad Verg. Ecl. 8, 10 Ouid. Epist. ex Ponto IV 16, 31) memorabile scholion, quod ex codice rescripto Parisiensi 7530 saeculi, ut uidetur, octaui a Iulio Quicerato (Bibliothèque de l'école des chartes. Par. 1839 I p. 52) primo exhibitum diligentius Schneidewinus in Mus. Rhen. 1842 p. 106 sqq. et 1843 p. 638 excussit, sic legitur (cf. Incerti auctoris de figuris uel schematibus uersus heroici ed. Schneidewinus p. V): 'INCIPIT THVESTES VARII. Lucius Varius cognomento Rufus Thyesten tragoediam magna cura absolutam post Actiacam uictoriam Augusti ludis eius in scaena edidit. Pro qua fabula sestertium deciens accepit.' In quibus scripturae discrepantia haec est: THVESTA apographum Mommsenianum in Ephem. Marb. 1845 p. 84 tragoediam Quiceratus, Schneidewinus. tragoed... apogr. Mommsen. absolutam Quiceratus. absoluto cod., quod tueturWelckerus de trag. Graec. p. 1429 Augusti Mommsenus, Bergkius Ephem. Marb. l. l. aug... apogr. Mommsen. augusto manus altera. Ex hoc scholio effecit uir praeclarissimus, anno ab u. c. 725 ludis triumphalibus, qui VIII VII VI Id. Sextil. in honorem Apollinis et Dianae (Schol. Cruq. in carm. saec.) dabantur, fabulam illam in scenam delatam esse. Extitisse autem eandem saeculo post Chr. octauo etsi, ut Bergkius l. l. et H. Keilius in Ephem. Marb. 1848 p. 550 sq. recte monuerunt, cupidius ex inscriptione illa elicitur, at certe extitit Varii Thyestes scholiastae Bernensis aetate, qui ad Verg. Ecl. 8, 6 haec scripsit: '*eiusdem autem Vari est tragoedia Thyestes omnibus tragicis praeferenda: aliud nihil eius legitur*. Cf. Ph. Wagnerus de Iunio Philargyro comm. II p. 17 H. Keilius in Ephem. Marb. l. l.

SANTRAE Nuntios Bacchi quod inter scenicos uersus recepi, non inprobabit, qui Varronianarum tragoediarum sex meminerit. — Ex Nelei carmine quae supersunt optime O. Muellerus in suppl. annot. ad Festum p. 388 explicauit. Itaque quae

uersu I memoratur mater, est Tyro a Sideronis iniuriis Nelei et Peliae filiorum beneficio uindicanda, de quibus iniuriis ipsa Tyro dicit fr. II conl. Poll. IV 141: *Τυρὼ πελιδνὴ τὰς παρειὰς παρὰ Σοφοκλεῖ· τοῦτο δ' ὑπὸ τῆς μητρυιᾶς Σιδηροῦς πληγαῖς πέπονθεν.* Maxime autem in eiusmodi argumentum quadrabat, quod fortunae uices quam cito eueniant uel inminente uel peracta nouercae poena significabatur u. III. Minus placet, quod idem uir summus proposuit, antiquiorem poetam uideri 'e Sophoclis Tyrone eam partem, quae ad adfectus mouendos efficacissima uideretur, sumpsisse et breuius inde carmen condidisse.' Neque enim uideo quo argumento *breuius* integra fabula hoc carmen fuisse statuatur, quod nominis certe indicio nullo innuitur. Immo de quouis poesis genere *carminis* nomen usurpari testes habemus ex altera parte Verrium, qui Naeuii locum ex 'carmine belli Punici' laudat p. 257, 27 et qui ex 'carmine Priami' epico, ut opinor, Saturnios uersus adfert Varronem de L. L. VII 28: ex altera uero Tacitum Ann. XI 13, qui Pomponium 'carmina scenae dedisse' narrat. Item e scena repetita sunt, unde Verrius p. 197, 7 sua sumpsit, 'uetera carmina' (inc. inc. fab. CXVIII): nec dubito quin tragoediae reddendum sit praeceptum illud (inc. inc. fab. LXXXI), quod Nigidium Figulum 'ex antiquo carmine' auctoris nomine omisso rettulisse tradit Gellius IV 9. Itaque Nelei carmen equidem pro Nelei tragoedia habeo, et ea quidem uel ab anonymo poeta uel a Liuio composita. Nam de Naeuio cogitari uetat Festus, qui ter carminis nostri memoriae illius poetae nomen quasi nouum subiunxerit: Liuii contra aetati aperte fauet Charisius (V).

P r a e t e x t i s M. Hauptio Philologi I 374 auctore accesserunt N A E V I I A l i m o n i u m R o m u l i e t R e m i et C l a s t i d i u m. Et ex illa fabula Welckerus etiam p. 1370 arbitratus est uocabula R o m u l i nomine laudata Varronem deprompsisse. Vnde ariolando Grauertus Philologi II 118 Auentini quoque etymon (V 43) et Balatium (V 53) tamquam eiusdem lancis expiscari sibi uisus est. In C l a s t i d i o spolia de Viridomaro a M. Claudio Marcello reportata narrabantur, quam M. Hauptii coniecturam per se firmissimam confirmaturus Diomedi p. 487 (conl. Hraban.

Maur. I p. 47 Col.) Grauertus Philologi II 119 statuit eundem Marcellum in mente fuisse haec scribenti: 'togata praetexta a tragoedia differt . . . *in praetexta autem scribitur Brutus uel Decius uel Marcellus.*' At ne Demetrium a Varrone de L. L. VII 107 memoratum uelut pro Phario principe cum eodem uiro docto confidentius habeas dissuadent cognomines Alexidis et Turpilii comoediae, quas uerbo attingere iure sat habuit Hauptius.

Cannensem pugnam in Paulo PACVVIVM tractasse maxime probabilis est Neukirchii sententia. Cuius fabulae exiguis uestigiis duas quasi lineolas ludendo adiungimus: alterum quod equites ad pedestre proelium descendentes, de quo Liuius XXII 49 et Plutarchus Fab. Max. 16, cretici in Censorini fragm. cap. 15 (inc. inc. fab. CXL) innuere uidentur; alterum uero quod 'animae magnae prodigus' consul iam prope desperans in pugnam se conicere poterat eis uerbis, quae Seruius Centim. p. 1818 (inc. inc. fab. XXII) adfert.

In ATTII Bruto quod Niebuhrium refutaturus Neukirchius p. 33 sq. probare conatus est scenam eandem per omnes actus mansisse, id uix probauit. Certe et historiae et arti nimis aduersatus esset poeta, si in castris Tarquinii coniuratos populum excitasse et consules creasse (III) finxisset. Praeterea Tullii inmanem caedem (IV) in foro secundum Liuium I 59 Brutus exposuit: 'ergo ex omnibus locis urbis in forum curritur... Ibi oratio habita . . . indigna Serui Tulli regis memorata caedes et inuecta corpori patris nefando uehiculo filia.' Ne dicam de Lucretiae uerbis V Attio a Neukirchio ascriptis, quamquam Cassium auctorem et librorum apud Varronem de L. L. VI 7 VII 73 scripturae satis constanter produnt nec profecto a tyrannicidae ingenio nimis aliena erat regifugii fabula. Quod si illum sane 'in scenam missum cum magno pondere uersum' Cassius Parmensis scripsit, certe mirum uidetur quod 'Brutum' Nonis Iuliis a. ab u. c. 710 in ludis Apollinaribus a M. Bruto expectatam, sed Tereum ab Antonio actam fuisse simpliciter narrat Cicero ad Att. XVI 2 nulla diuersarum eiusdem argumenti fabularum ratione habita. At nec recentiore etiam tempore conscriptum poema nec, si eo re-

fugias, numquam publice editum linguae Latinae monumentum satis apte in suis libris Varro poterat laudare. Incertiorem autem etiam auctorem habent, quos indidem VII 21 (inc. inc. fab. LVI) Cassianae poesis tamquam puluisculos sibi uisi sunt indagasse. — Ceterum id non inepte Neukirchius p. 73 coniecit, in familiaris sui Decimi Bruti Gallaeci (Cic. Brut. 28, 107 pro Arch. p. 11, 27 cum schol. Bob. de legib. II 21, 54 Valer. Max. VIII 15, 2) honorem quodammodo Attium Bruti fabulam uideri composuisse.

Aeneadarum s. Decii reliquias partim post Merulam p. CCCL bene interpretatus est Neukirchius: uelut quod ceruae et lupi in diuersas partes aufugientium portentum, quod Liuius X 27 narrat, uel a pontifice uel ab antesignano illo milite procurari coniecit fr. IV, porro fr. VI Fabium ferociorem conlegae animum cohibere, hunc autem fr. VII cautioris moras deprecari, carmine denique VIII terribilem Gallorum inpetum describi, de quo Liuius X 28: 'essedis carrisque superstans armatus hostis ingenti sonitu equorum rotarumque aduenit et insolitos eius tumultus Romanorum conterruit equos. Ita uictorem equitatum uelut lymphaticus pauor dissipat.' Cetera sic disponimus. Postquam per biduum Romani frustra lacessivere proelio hostem, tertio die mane emissi speculatores de hostilium castrorum specie deinceps diuersa uidentur rettulisse (I II). Deinde dispositae copiae, et Gallis quidem oppositus Decius (III conl. Liu. X 27). Cui scenae satis inclinat animus ea quoque reponere, quibus hae literae apud Nonium p. 235, 1 (inc. fab. VIII) praemissae leguntur: *Accius Demer.* Deorum fauorem segnem ante ac dubium iam fausto portento elati sacrificiis quoque adesse animaduertunt fr. V. Postea fugientibus obsistens Decius terroris causam mirabundus inquirit fr. IX et uictoriarum uirtutumque, quibus res Romana usque aucta sit, memoriam reuocat fr. X. 'Deinde, ut nulla ui perculsos sustinere poterat', sequitur patris exemplum (XI). Samnitium castra in exitu pugnae militibus permittuntur fr. XII, in quo uersu cuius merita conlaudentur, num Decii mortui, num supremi armorum arbitri, num Romanorum genitoris, Aeneae nescimus. Et Aeneadarum titulus quid docere posset, subtiliter sic adumbrauit Welckerus p. 1389 sqq., ut ipsum Indigetem

Aeneam Deciorum ut uere suo sanguine ortorum inlustria facinora laude extulisse illoque nomine eos condecorasse statueret. Quae inter Decios et Aeneam adfinitas a Klauseno de Aenea et Penatibus p. 922 quasi precario adsumpta quodammodo sane innuitur a Propertio V 1, 39:

'Huc melius profugos misisti, Troia, Penates.
O quali uecta est Dardana puppis aue!
Iam bene spondebant tunc omnia, quod nihil illam
Laeserat abiegni uenter apertus equi,
Cum pater in gnati trepidus ceruice pependit,
Et uerita est umeros urere flamma pios.
Tunc animi uenere Deci Brutique secures,
Vexit et ipsa sui Caesaris arma Venus.
Arma resurgentis portans uictricia Troiae' e. q. s.

Ad quae animum aduertit Klausenus l. l. p. 920 sqq. Cui autem non in mentem uenit Tyndaridarum par apud Regillum A. Postumio uisum? ut etiam pugnae Aeneam uelut cum filio Romulo interfuisse possis imaginari.

